



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

**SC** IOANNIS  
LODOVICI VIVIS  
VALENTINI  
DE SUBVENTIONE PAUPERVM,  
LIBRI II.

Prior, De subuentione priuata, quid  
vnumquemq; facere oporteat.

Alter, De subuentione publica, quid  
ciuitatem deceat.

Additæ sunt Annotatiunculae in calce libri, ad explicandos  
aliquot difficiliores locos. Habet etiam Indicem in fine.

Bib. Sec. Coll.

Rom. Soc. Iesu



L V G D V N I,  
Ex officina Melchioris & Gasparis Trechsel Fratrum,  
ANNO M. D. XXXII.

## PIO LECTORI.

**Q**UAM plerique huius aureæ tempora estas-  
tis Typographi, suos omnes conatus,  
suam omnem operam, bonam denique  
suae pecuniaae partem insumant, quo phi-  
lomusorum, simul & Christianæ reipubli-  
cæ vtilitati consulant; impie porro me fa-  
cturum arbitratus sum; si, quum non mul-  
tū sane profuerint: ego vnus superessem,  
qui talentum mihi a deo creditum, in ter-  
ram defodissem. Itaque in argumentum  
seruettissimi in Christianam plebē amo-  
ris, en amice Lector, damus excusa typis  
nostris Lodouici viuis opera, viri sane  
cum Rhomano lepore ornatissimi, tum  
syncere in Christum pietatis diligentis-  
simi cultoris, vt eiusdem opera indicant:  
daturi autem plura, si operam nostram  
tibi gratam fuisse perceperimus. Hoc  
sunt enim nostrorum characterum rudi-  
menta & progymnasmata. Sane omne  
mouere lapidem nobis consilium est, quo  
tuam commoditatem vtcuncque promo-  
ueamus. Tu igitur Christiane Lector,  
hoc vere aureum, pariter & nobile opus  
Lodouici viuis eme, lege, & fruere.

IOANNES LODOVI  
CVS VIVES CONSV=

libus, & Senatui Brugensi  
S A L V T E M.

**P** Eregrini & aduenæ officium esse, tradit  
Cicero, in aliena repùblica nō esse curio  
sum. Ita est. Nā in res alienas curiositas  
vbiq; est odiosa. cura & amica admonitio nō  
improbaſ. Quanq; neq; naturę lex alienū ab  
hoīe qcq; sinit esse, qd'sit hoīm; & Christi ḡra  
velut tenacissimū glutinū hoīes oēs iter se co  
pulauit. Et vt sit alienū aliqd, ego vero sic in  
ciuitatē hāc afficiar, vt in Valentia meā, nec  
aliter hāc nomino q; patriā: cuius iā quatuor=  
decim annis sū incola, et si nō cōtinēter, semp  
tamē huc sum solitus redire tanq; ad domū.  
Placuit rō administrationis vestræ, educatio  
ac ciuitas pp̄lī huius, & icredibilis in eo q; es  
ac iustitia per ḡetes celebrata. Itaq; & vxorē  
hic duxi. nec secus huic ciuitati cōsultū veli,  
q; ei, in qua, qd' vītē reliquū Christi benigni=  
tas fecerit, traducere statuerim: meq; p ciue  
eius duco, atq; in ciues eo sum aio, quo in fra  
tres. Et multorū ex illis indigētiæ ad scriben  
dū me impulerūt, quēadmodū posse eis sub=  
ueniri censeā. Quod etiā vt facerē, iāpridē in

A 2      Anglia

## CONSVLIBVS ET SENATVI BRV. S.

Anglia rogatus erā a dñō Pratensi, p̄fecto  
vestro ,q de publico ciuitatis huius bono ,p̄  
inde ac debet, multū & s̄pē cogitat . Vobis  
hoc opus inscribit̄ : tū q̄ ad benefaciēdum, &  
subleuādos miseris vehementer estis ppensi  
(quod declarat tanta inopū multitudo ,quæ  
huc vndiq̄ affluit, tāq̄ ad paratū egenis sub-  
sidiū) tū etiā q̄ quū ea sit origo ciuitatū oīm,  
vt esset in vnaquaq̄ earum locus, in quo dan-  
dis, atq̄ accipiēdis bñficijs, & mutua sibuen-  
tione coalesceret Charitas, & firmaret societ̄  
tas hoīm: administratorū ciuitatis illud debet  
esse munus, curare & adniti, vt alij alijs auxi-  
lio sint. nemo prematur, nemo graueſ dāno p̄  
iniuriam accepto: & imbecilliori adſit poten-  
tior: vt cōcordia cōetus & congregationis ci-  
uitū charitate augescat iñdies, ac sempiterna  
pſeueret . Et quēadmodū patrifamiliæ turpe  
est in opulēta ſua domo ſinere aliquē eſurire:  
aut nuditāte, vel pānisfœdarī: ſic nō cōuenit,  
vt in vrbe haud pr̄ſus īope, magistratus fe-  
rant ciues vlos fame & miseria vrgeri . Ne  
pigeat hæc legere, aut ſi nō libet, certe rē ipsā  
accuratiſſime expēdere : q̄ tā ſolliciti cogno-  
ſcitis de līte hoīs priuati, in qua ſint mille flo-  
reni controuersi. Opto vobis vestræq̄ ciuita-  
ti pſpera oīa & felicia. Bru.vj.Ianua.i 5 26.

IOANNIS LODO  
VICI VIVIS, DE  
subuentione pauperū;  
Siue de humanis  
necessitatibus

L I B E R . I.

ORIGO HVMANAЕ NECESSITATIS AC MISERIAE.

**P**Areñs ille rerum omniū deus, in cōdendo ac instruēdo hoie mirifica est vsus indulgētia, vt nihil vel preſtabilius sub cœlis effet, vel maius: subdito ei dum hīc viueret, sub lunari orbe, sano & valēti corpore, saluberrimis alimētis, & vbiq; obuijs, mēte acutissima, aio probissimo factus atq; appositus ad cōmunionē vītæ. vt qm̄ ad reparationē cœlestis illius ruinæ creabat, iam tū in hoc mortali corpore inciperet diuinā illā societatē mediari. Sed ipse superbia instigatus, altiora cōditione sua quereñs, nō contentus excellētissima humanitate, diuinitatē affectauit: impulsus illius pmissis, q; ipse sua bona simili vīa pdidisset: Eritis sicut dij Gene. 3.

A 3 scientes,

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

sciētes honū & malum. Hoc est absolute  
superbiæ , cōtēdere ad numinis fastigii:  
supra quod iam nihil est, tantūq; absuit,  
vt quod cōcupieret aſsequeret, vt etiā ex  
eo quod acceperat, largiter amitteret: de  
quo scriptū est in Cāticis Dauidis regis:  
Homo qui in honore eſſet non intelle-  
xit, comparatus eſt iumentis insipienti-  
bus , & ſimilis factus eſt illis . Videlicet  
ſic a dei ſimilitudine recellit, vt in ſimi-  
litudinē beſtiarum relaberetur . & dum  
plus eſſe conatur q̄ angelus, miňus fuit  
q̄ homo: ſicut, qui in ascensiū nō obſerua-  
tis gradibus inconfyderantius properāt,  
pro ſummo loco quē petūt, ad imum de-  
voluunt . Hinc inuersus ordo humanae  
conſtitutionis. quādoquidē ille ſuum er-  
ga deū ita diſſoluerat, vt nec affectus ra-  
tioni pareret: nec corpus animo: nec ex-  
terna internis : ciuilī ac iñteſtino diſſi-  
dio , ſublata principiſ & legū reuerētia.  
Homo ipſe innocētia exutus, oīa ſecū in  
exitū rapuit. retuſa eſt mens, obſcurata  
ratio. ſuperbiā, inuidia, odiū, ſæuitia, cu-  
piditates multiformes , & perturbatio-  
nes reliquæ, ceu tēpeſtates quædam exci-  
tatæ vndis auſtro percitīs. diſſoluta fi-  
des,

Similitu-  
do.

Hō inno-  
cētia ſpo-  
liatus , in  
oē malū  
relapsus  
eſt.

des, refrigeratus amor, omnia vitia velut  
facto agmine irruperunt, simul afflictum  
corpus, & diræ illæ: Maledicta terra in Gene. 3.  
opere tuo: ad oīa in quæ humana diligē-  
tia exercēda erat, sese diffuderunt: ut ni-  
hil nec intrarī sit, nec extrarī, quod  
non in corporis perniciē videat cōspira-  
se. In aere fœdi ac pestilētes halitus, insa-  
lubres aquæ, periculosa nauigatio, mole-  
sta hyēs, molestus feruor, tot feræ noxiæ,  
tot ex cibis morbi. Quis enumeret vene-  
norū genera, & artes maleficas? mutuā  
hominū perniciem, tot machinas contra  
arcem tam imbecillam? quā acinus viræ  
hærens gutturi strangulet: vel capillus  
haustus, quibusdam incertis de caussis  
subito absumptus.

## NECESSITATES HOMINVM.

**V**T non immerito veterū multi non Vita nō  
mors est.  
vitā nostrā esse dixerint, sed mortē:  
Greciq̄ corpus hoc nostrum soma  
nominarint, quasi sema: quod illis septi-  
chrū significat. Videlicet cōminatus e-  
rat Adæ dominus, quocūq; die devetito  
fruſtu gustasset, moriturum eum. gusta-  
uit, & mors consecuta est. Nam quid  
aliud est hæc vita, q; continua quædam  
Gen. 3.1.

A 4 mors?

**mors:quiæ perficit, quuæ penitus e corpore**  
**Sententia. re isto animus liberatur. Nascentes, inquit**  
**ille, morimur: finisque ab origine pendet.**

**Alimenta. Non ex quo primus hoc in hanc lucem prodit,**

**luctat animus cum corpore; deserturus, non**  
**subinde alimonia, tanque medicina qua-**  
**piam ægrum hoc corpus reficeretur. In**

**Similitudo. sent ceu tigna & tibicines: qui caducum**  
**istud ædificium, & in mortem semp**

**tendens fulciret. Quorum alios fundit ter-**  
**ra arboribus, arbustis, herbis, radicibus.**  
**alios in usum nostrum pascit: ut pecudes.**

**Sunt quos piscamur ex aqua. alios ex**  
**aere atcupamur. Hinc contra vim frigo-**  
**ris defendimur pellibus, panno, igne. &**  
**ab æstu nos tuemur umbraculis. Nullus**

**tam est vel corpore validus, vel acer in-**  
**genio, qui si humano more ac modo vi-**

**Vxor. cturnus sit, sibi vnius sufficiat. Ergo vxore**

**Mulie- sibi adiungit plis gratia, & ad conseru-**

**res natu- dum parta, vt est meticulosus sexus ille**

**ra tena- natura, & tenax. Dein socios laborum**

**Socij. adiscit, qbus bene vult, & quatenus po-**

**test, benefacere studet, gliscit amor, & so-**

**cietas paulatim, ac foras serpit. Dumque**

**alijs alijs sunt astricti officijs ac beneficen-**

**tia, amor**

P A V P E R V M.

tia , amor iam non intra eundem larem  
 & focum continetur , verum beneficio  
 affectus gratiam habet . & si qua detur  
 ansa , cōpensare nō negligit . Nihil enim <sup>Vis natu</sup>  
 magis natura odit , quam ingratum ani-  
 mum , quæ etiam bestijs feris , vt elephan-  
 tis , leonibus , draconibus , gratitudinis  
 sensum , & beneficij memoriam quandā  
 īdiderit . Iam hoc videbatur conducibi-  
 le & iucundum : si illi , qui inter se com-  
 municandis beneficijs optime cuperent ,  
 vt se mutuo adiuuarent , casas & habita-  
 cula ī propinquum conferrēt , ne in re-  
 bus subditis deessent , quibus vellēt sub-  
 uentum . Proximus ager est ab illis occu-  
 patus . & sibi quisq; munus , quo sibi atq;  
 alijs prodesset , vltro desumpsit , ad quod  
 maxime fictus , appositusq; videbatur .  
 Piscationem alij , alij aucupium , agricul-  
 turam , pasturam , texturam , ædificatio-  
 nem , aut eiusmodi ad victum pertinen-  
 tia . Hactenus quidem pulchre illi & cō-  
 corditer inter se agitant , sed auritū ma-  
 lum non paucos vexauit , alijs præminē-  
 di , imo vero premendi studio : vt ocio-  
 si & honorati alienis laboribus frueren-  
 tur , cæteri imperata facerent : ipsi regno  
 A s & poten

Ciuitas  
vnde cō-  
flata.

L I B . I .      D E S V B V E N T I O N E

& potentia conspicui, stipati manu eorum, quos vel arte, vel metu in consensum tyrannidis sue pertraxissent, hoc ex ambitione illa proautorum est natum, qua sibi spem diuinitatis presumperat.

Vtq[ue] nec nostra dominandi libido aliū terminū quam diuinitatis accipit. quod ostendit furiosus ille iuuenis Macedo,

Alexan-  
tri mace-  
donis a-  
mentia.

quum parum fecisse sibi videretur, quod hunc terrarū orbem possideret, tametsi melior ei pars restabat expugnāda. Hinc acceptae leges æque omnibus, & hæ per violentiam imperantiū corruptæ, & mūri additi ciuitatibus, & bellum tum ciui le, tum externum: quod omne pestis genus exuperat. Hic iam humanæ & desidiae, & arrogantiæ, & inopiæ occurri coēptum, quū aucto hominū genere, alij nō haberent, vnde se sustentarent: alij iner- tes, de alienis operibus victum postula- rent. Ergo primū omnium agri, qui ciui tati circumiacerent, ciuibus inter se, vt expediebat, distributi: & līmites additi, cōsecrati legibus. Et quoniā rerum permutatio, quæ apud sæculum priscum in usu fuerat, parum visa est commoda: nu- mus excogitatus est publica forma, tan- quam

Numus  
cur excu-  
sus.

quam tessera:qua ciuitatis fide, & a cer-  
done calceos quisque acciperet, & a pi-  
store panem, & a textore pānum, ea ma-  
teria impressum signum, quæ solida fir-  
maq; facile quod impressum esset retine-  
ret, nec inter contrectantium digitos cō-  
sumeretur: & quæ nec copia vilesceret,  
nec esset inuentu rara. Initio æsfuit. hinc  
argentum, postremo aurum, concilian-  
te etiam preciū his metallis naturæ vir-  
tute, qua dicuntur valere. Hī numi a pri-  
mo aliquam multicusi, & diuisi per ci-  
ues, vt quisque negociaretur, daret pro  
alienis laboribus aut rebus, vicissim pro  
suis acciperet. hoc modo facultates vi-  
tae honesto exercitamento conseruaret,  
& libratis per mutuas commutationes  
ciuitatis officijs, res vnūcuique sua con-  
sisteret. Verum multi casus interue-  
niunt. Alij ægritudine corporum ab o-  
pere cessantes, expendendis, & non acci-  
piendis pecunijs in ægestatem recidunt.  
idem ijs accidit, qui bello, aut aliqua in-  
genti calamitate, sua perdiderunt:cuius-  
modi permultis in hoc turbulentō or-  
be positis necesse est contingere: ve-  
lut incendia, elusiones, ruinas, naufra-  
gia. Sunt

Metallo-  
rū in or-  
bē introi-  
tus.

Casus.

LIB. I. DE SUBVENTIONE

gia. Sunt quorum ars quæstuosa esse dicitur. Prætereo, qui patrimonia abliguerunt turpiter, aut prostultitiā prodegerunt: denique quærendæ & conseruandæ rei multæ sunt viæ, amittendæ fortassis haud pauciores.

**Fortuita.** Hæc quidem in exteris, Quæ quod incerta volueretur legē, hoc est humanis mettibus incognita, for-

**Corpus.** tuitâ veteres nuncuparunt. Prospectum etiam misero & affecto corpori, vt remedijs per experimenta quæsitis iuuaretur: & eorum quibus esset charus, animus æger subleuaret alloquij, atque obsequij.

**Mores.** Dein magistri rudi ætati adhibiti, quod vitam formarent, virtutis iter ostenderet, consilium regerent. Primum suus cuique pater: hinc mater, nutrices, nutricij, patruli, auunculi: & qui longius egrediuntur, & minus arcto sanguinis vinculo costringuntur. Ad hæc scholæ & magistri sapientiae, multaque in hoc a maximis viris relicta monumeta. Sed remedia procul querenda sunt, aut ignota, aut magno paranda, aut vtendī modus incognitus. in queis omnibus aliena indigemus opera. Et in ingenij cultu sunt quibus magister non contigit, alios corrupit magister ipse

steripse corruptus : vt populus , magnus  
 erroris doctor , & vícinus vícino , & pater  
 filio autor & índex est prauæ opinio-  
 nis . multi etiam ínstitutores stolidis &  
 deprauatis iudicij: quibus anseres nolis-  
 credere , ludos ingenuorum puerorū re-  
 gunt . Alij præceptorem aspernatí , omni  
 cæcitate consilij sui per præceps ferūtur:  
 dum nullum admittunt ducem , aut cæ-  
 ciorem sibi deligūt . Ita totus interne ac  
 externe inops factus hō , iustissimo præ-  
 mio operis , quod suscepérat , diuinitatis  
 usurpandæ . Contusa est superbia elati-  
 simi animantis : vt nihil sit eo infirmius ,  
 nec quod minus , per se valeat . Tota eius  
 vita & salus in aliorum auxilijs sita est:  
 tum ad reprimēdam superbiae radicem ,  
 quæ per autores generis ad posteros trās-  
 fertur : tū etiam peculiariter occultis dei  
 consilijs . vt alijs desit pecunia , alijs sani-  
 tas , vel ingenium , praeve usurpis : alijs  
 inopia . Hæc instrumentum est magna-  
 rum virtutum . omnia enim ad vtilitates  
 nostras refert Princeps ille & rector mū-  
 di huius , sapientissimus pater ac indul-  
 gentissimus . Quisquis ergo aliena ope  
 indiget , pauper est ; & ei misericordia est  
In indos  
eos &  
stolidos  
institutos  
res.  
Quis vo-  
cet pau-  
per.  
 opus ,

LIB. I. DE SUBVENTIONE

Eleemosynæ. opus, quæ Græce eleemosyna dicitur: nō in sola pecuniæ erogatione sita, vt vulgus putat: sed in omni opere, quo humana indigentia subleuatur.

Q V A E S I T B E N E F A C I E N D I A A T I C O.

Præpostera vulgaris opinio **S**ed ut sciat quisq; q̄ sit beneficiorum Sordo, & quomodo vel accipiendū beneficiū, vel dandū, & quāta cuiq; habēda sit gratia, declarabo, quenā sint beneficia præcipua, & tanq; primæ notæ q̄ pxima, quæ tertia. Nā qdā nihil iudicāt dari aliud, aut accipi, vel esse oīo beneficiū: q̄ pecuniā. Hinc illa vulgaria, quid pfuit: quid ituit: nihil dedit. multū profuit: nam dedit. aut quæ ad pecuniā parādam spectat: vt si quis artē quæstuosam docuerit, aut consiliū lucrosū dederit. Improbatus cōsus letū terror In quo peccat multi, qui dum in consilio dando, toto animo ac cogitatione pecuniā intuentur, bonæ mentis & virtutis obliuiscuntur. Verū nos, quū ex animo constemus & corpore, in utroq; horum hæc habemus, siue bona libet appellare, seu cōmoda. Primū in animo est virtus, vñicum

vnicum acverū bonum, hinc ingenium,  
acumen, eruditio, consiliū, prudētia. Tū  
in corpore bona valetudo, vt menti ser-  
uiat, & vires quæ laboribus vitæ suffici-  
ant. Postremo in externis pecuniæ, pos-  
sessiones, facultates, victus. Præcipuum &  
summum beneficium est, si quis virtutē  
cuiusquā adiuuet. Ita plurimū omnium  
debent deo, nō quibus contingit nobili-  
tas, forma, opes, ingeniū, gloria, sed qui-  
bus ille dignatus est impartiri suum spi-  
ritum ad cognoscenda & exequēda, que  
sancta & salutaria sint, hoc est, quæ ipsi  
placeāt. de quo munere legimus in psal-  
mo. 147. Qui annunciat verbum suum  
Iacob, iusticias & iudicia sua Israel. Non  
fecit taliter omni nationi, & iudicia sua  
nō manifestauit eis. Hoc est ingēs illud  
beneficiū, quod Christus in eos confert,  
qui per nomē ipsius vere baptissati sunt,  
& illi vni fidunt. Huius beneficij ad-  
ministri, & ceu dispensatores fuerunt  
eius discipuli, optime de genere huma-  
no meriti: & deinceps quotquot aposto-  
lis, non tam dignitate succedunt, q̄ fun-  
ctioe ac operibus. Pro hoc munere, incre-  
dibile dictu, quantā debeamus gratiam.

Hoc

Quod sit  
principium  
& sum-  
mum be-  
neficium.

Confert  
beneficiū  
Christus  
vere fidē  
di.

## DE S V B V E N T I O N E

Hoc est bonum illud quod vniuersisque optare debet cuiuscumque alii mortali, & quantum fieri possit, cōsilio, diligētia, opera procurare. Post virtutē eruditio sequit̄, tendēs ad cognitionē virtutis, p̄ quā homo hominī, tanq̄ de suo lumine, lumen accedit, nec cōmunicatione minuitur, sed augetur. Quā pulchrū est ac magnificū, celsissimā omniū mentē erudire, ex-

**Aurea  
Socratis  
sententia.** polire, instruere, ornare? Negat Socrates habiturū se ei gratiā, qui pecuniā dedisset, sed maximā illi, a quo esset inscitia

**Iob.19.** liberatus. Et sanctus Iob in ægestate & fôrdibus abiectus, non dona a potentibus amicis requirit, tantū doceri se orat: Nunquid dixi: adferte mihi? & de substantia vestra donate mihi? vel liberate me de manu hostis, de manu potentum eruite me? docete me, & ego tacebo. & si quid forte ignorauī instituite me. Sor- didi isti qui datam pecuniām tantopere imputant, & aliena se studia sustentasse iactitant, doceant ipsi: tunc vtcunq; erit,

**Aristo-  
telis opi-  
nio.** vnde merito queant gloriari. Aristoteles præceptorum beneficium cum diuino & parētum ponit. queis tribus æqua gratia, inquit, rependi nō potest. Indicibile

bile est quantopere magni & erudití vi-  
ri reipublice prodeßent, si non grauaren-  
tur vel ipsi munus suscipere instituendæ  
pueritiae ad omnia sequacis, & in quam  
multo facillimum est rectas opiniones  
instillare, vel certe eis qui docet, non de-  
esse monitis, præceptis, & adiumentis  
eiusmodi, & tanq; viam digito præmon-  
strare, certe rectores ciuitatum decet nō  
esse in hoc segnes, quin optimos ludi ma-  
gistros pspiciant suis pueris predictos nō  
modo ingenio ac eruditione, verum etiā  
iudicio syncero & sano. nā in illa puerili  
institutione magna vis est ad reliquiam  
omnē vitā. quēadmodū in seminibus ad  
fruges vēturas, pfecto in hoc expediret  
accuratius incumbere, q; in ornanda vr-  
be aut locupletanda, nisi forte putamus  
præstare malos posteros relinquere, mō  
& diuites. Iam animos cōponere ac seda-  
re qd' fit partim præceptis virtutis, par-  
tim alloquijs, cōsolationibus, solatijs, vi-  
sitatione, obsequijs. Præterea tueri cor-  
pora, quantū & q; amplum munus cēse-  
tur: vnde liberatorū & seruatorū nomi-  
na reperta & tot olīm coronæ excogita-  
tæ virtutis signum, ac gloriæ. graminea-

B ei, qui

L I B . I .      D E S V B V N T I O N E

ei, qui ciuē in acie seruasset. quæerna ei, quod ab obsidione liberasset. & medicina magno in precio habita, & ad deorū inuen-  
tionē relata. Vir medicus, inquit Home-  
rus, multos valet viros. & dens iubet ho-  
norari medicū. Quantū etiā ex carcere

4 & captiuitate redimere? Terentius Cu-  
leo senator liberatus e carthaginēsi car-  
cere a Scipione Africano, per reliquū vi-  
tæ nō aliter eum obseruauit, accoluit quod  
dominum. triumphumque illius nudo ca-  
pite prosequitus est. Olim honoratissimū  
erat captiuos de suo redimere, etiā apud  
gentes, quod Cicerō in officijs testatur.  
Ex quo magis erga principē tanque benefi-  
centissimū afficeretur populus, inuentū,  
vt eius in auguratione vinculis & custo-  
dia deterti solueretur. Ultimus fere locus

Pecunia. pecuniae relictus. hac etiā iuuare liberale  
ac honestū, in quo est mirifica dulcedo.

nā vt Aristoteles & Cicerō & cæteri do-  
cent philosophi, pulchritus ac iucundius

Dare. est dare quod accipere. idque dominus senten-  
tia sua cōprobauit. vt est apud Paulū scri-  
bentem Corinthijs, iuxta verbū, inquit,  
domini, beatius est dare quod accipere. gus-  
tata liberalitat̄ voluptate nō possumus  
ab ea

ab ea deterreri, quādiū suppetit, quod de-  
tur. etiam si non suppetat, vel per rapinā  
quæritur. quod declararūt multi, qui eri-  
piebant alij, quod alij darent, vt Alexā-  
der, Sylla, Cæsar. Idcirco vetere prouer-  
bio dictum est, largitionē fundum nō ha-  
bere. vel dare ijs, quos iegratos nouimus,  
delectat. tantū quia damus. est em̄ æmu-  
latio quædam diuinæ conditionis & na-  
turæ, vt alijs nostra ope videātur indige-  
re, non nos illorum. & tanq̄ manus atq̄  
auxilium nostrum spectent. de deo enim  
dicitur in psalmis : Dixi dñō, deus meus  
es tu, quia bonorum meorum non eges.  
& alio loco : Omnia ad te spectant dñe,  
vt tu des sibi escā in tēpore opportuno.  
Aperis tu manū tuam, & implet omne  
animal benedictione. In quo ille est ma-  
ximus quorūdam error, vt alios spoliēt,  
quod dent alij. quale em̄ est per iniuriā  
benefacere: certe eam gratiam non asse-  
quuntur, quam captāt. nā cui placet obli-  
uiscitur, cui dolet meminit. & dū volunt  
potentes videri, coguntur mīmorum  
opē implorare. vt iam vulgo dicatur, ma-  
gnus p̄inceps, magnus mēdicus. Sed hēc  
dixi, vt declararē, quanta esset in dando

B'z dulce

dulcedo, ut ea sola posset ad dandum per  
licere vel alia omni utilitate seposita, era  
go quemadmodum non soli victui sub  
ueniendum est, quum totus vndiq; ho  
mo auxilio indigeat, sic nec beneficia no  
stra sola pecunia concludenda, benefaci  
endum ijs, quae sunt in animo, votis, con  
silio, prudentia, præceptis vita. & quae  
in corpore, presentia corporum, verbis,  
viribus, labore, procuratiōe. & externis,  
dignitate, authoritate, gratia, amicitijs,  
pecunia, sub qua, ea sint mihi comprehē  
sa, quae pecunia comparantur, quacūq; re  
quis possit, iuuet & prospicit illis, qui indi  
gent, nemini quantum in se est noceat;  
nisi hac via bono illi primo hoc est pbi  
tati utilitatem adferat, sed neq; hoc no  
cere nominabitur, nō enim dandum cuiq;  
est quod expetit sed quod ei expedīt, in  
quo necesse est eum omni perturbatione  
animi vacare, qui hoc iudicaturus est.

Q V A M S E C V N D V M N A T V R A M  
S I T B E N E F A C E R E .

**V**erum hominis, & quia facti eū pū  
duit, & quia impulsus fuerat astuti  
hostis suasibus, clementissimus do  
minus misertus est, reseruauitq; illi locū,  
quem

quē prius destinarat, sed duriore iam cōdītione assequendū. Et in hac vita alios alijs Charitate quadam opītularivoluīt, primū vt amore illo inciperēt iam nunc ad coelestem sese ciuitatem prēparare, in qua nihil est aliud, quā perpetuus amor, & indissolubilis concordia. Prēterea hominem in sociate & communione vitæ acturum, animo prauum, & inquinata origine superbū indigere alterius ope deus voluit. alioqui nunq̄ futura inter eos societate vel diuturna vel fid̄a. vnuſe quisq; enim arrogantia indita & prono in malum ingenio aspernaretur socium, ac desereret, nisi cōtineretur metu, q; alī quando eo indigeret. Quippe neminem sic euexit fortunæ fauor, quin ad imploſrādam inferioris opē vel inuitū deiſciat. Imo vero ille fortunæ fauor sine minorū opē vel nō paratur, vel nō cōseruatur. documento sunt magni reges quorum potētia subditis innitiſ, corruſtura ilico, si eam hi destituant. Quis puer aut vetula ignorat, maxima imperia cōſensu firma ſi: quæ nulla penitus futura ſint, ſi nemo pareat. Nec illa pfecto resp. ſtare diu poſteſt, in qua vnuſquisq; ſua modo & ami-

B 3 corum

6 corum curat, nemo cōmunia. Siue vnūs  
volūtate regātur omnia, quæ dicitur mo-  
narchia. Siue pauci administrent, quæ  
oligarchia. Siue populi sit potestas supre-  
ma atq; imperiū, quæ democratia, iusta  
Resp. & salutare est imperiū, si ad publi-  
cas vtilitates curę & consilia regentium  
referantur. Sin ad se quisq; quātum astu,  
arte, potentia, valuerit, trahat, tyrannus  
est etiam populus sui ipsius. nec diuti-  
ne libertatem & potentiam retinet. sed  
breui in ius & arbitriū alienum seruus  
pertrahitur. Quid duæ potētissimæ gen-  
tes declararunt, Romana & Athenieñ.  
& declarabunt, quotcūq; tales habent ci-  
ues, qui se, quam suam patriam, magnos  
& potentes esse malint. Verum naturæ  
sic videtur gratia referri, si quum multis  
ipſi adiutoribus egeamus, multis etiam  
adiumento simus. Itaq; ea cupiditas miri-  
fice est humanis pectoribus inaedificata,  
vt generosi animi bñfacere q; plurimis,  
& iuuare velint, nihilque honestius aut  
præstantius arbitrētur. idq; sine vlla sui  
vtilitate, etiam cum ingenti vel fortuna  
rum vel vitæ dispendio. quæ oīa cōplu-  
res magno atq; excelsō aio viri aestima-  
runt vilia

Fūt vilia, dū subleuarent oppressos, subuenirent inopibus, confirmarent infirmos, afflictis opē ac solatiū afferrent. cōsequutaq; sunt eos grādia præmia, vt im mortalitate censerentur digni. nimirum nō ignorauit vetustas illa maxime diuinum esse benefacere. Quid de bonis viris loquor: quum Piratæ & latrones, qui prædandi cupidine maria & terras inquietant, videri tamen velint nonnullis profuisse, & potuisse iugulare aliquos, quos cōseruarint. nā hoc est maximū latronis beneficiū. Militares homines natura iactabundi fortitudinem suā nō imputant, nisi quod in cōmune ceu præsidū quoddam prosit. Quocirca nulla res magis debet cogitationes hominū exaucere, atq; excitare, quā studiū alijs benefaciendi. siue quod is iussit, cuius præceptorū amplissima est merces: siue qđ aliter societas hominū nequeūt stare, siue inhumane & cōtra naturam existimadū est, nō subuenire quibus possis, siue qđ hac via alijs alijs beneficiū in cōmune reponūt, si potentior infirmiori absit. postremo vnūquemq; conuenit admonitu cōmuniſ ſortis huc adduci.

B 4 Quibus

L I B . I .     D E S V B V E N T I O N E  
Q V I B V S D E C A V S S I S Q V I D A M  
A B E N E F A C I E N D O D E  
T E R R E N T V R .

**S**ed duæ cauſſæ ſunt, quibus potiſſi-  
mum beneficentia noſtra reſtrin-  
gitur. vel quia profuturos nos alijs nō  
putamis, vel q̄a obfuturos nobis iſpis,  
aut ijs, quos habemus charos. vt liberis,  
propinquis, neceſſarijs. exiſtimamus nō  
prodeſſe quod datuſ malo. & ingratitu-  
dine vehementer offendimur. Tum ita-  
nos tenere diligimus, vt non audeamus  
benefacere, ne quid ea res nobis noceat.  
dīcam priuſ de inopibus, hīc de ijs, qui-  
bus opes adſunt. Nihil eſt virtute ama-  
bilius, nihil quod ad ſe validiuſ homi-  
nes pelliciat, q̄ species illa honeſtatis. cō-  
tra foediuſ nihil eſt vitio, aut quod citiuſ  
intuentes ab ſe cū abominatione auer-  
tat. Ergo iuxta veteres illos verſiculos:  
7 Beneficiū dando accepit, digno qui de-  
dit: & illū Ennij: Benefacta male locata,  
malefacta arbitror. Neq; aliuſ quicquā  
magis a dando nos deterret, q̄ quū me-  
tuimus ne male beneficiū collocemus.  
Id duabus ex rationibus fit altera, aut  
quū beneficiū cui dedimus non prodeſt,  
in quo

Ingrati-  
tudo.

In quo dolemus nos operam atq; impen  
sam lufisse . at quim ingratum exper  
mur. quod flagitiū non eum tantū offen  
dit, in quem quis est ingratus, aut ingra  
to soli nocet, sed in cōmune omnibus. ar  
ctat enim hominū benignitatem , & ar  
dorem iutādi restinguat. Timonē quen  
dam Athenis hominem locupletem be  
neficentissimū ac munificum in primis  
fuisse perhibent, sed expertū multos ad  
uersum se ingratos in odium quoddam  
humanī generis adductum esse, quæ res  
ei cognōtē fecit misanthropu . Vide  
mus discipulos vocem illam ac stylum a  
præceptoribus expolitū atq; excultum  
in ipsorum perniciem conuertisse. Quis  
velit docere? Parentes a filijs dehonestas  
tos, compilatos, expulsos, cæsos, interem  
ptos. quem delectet vel gignere liberos,  
vel tollere? clientes, famulos, famulas in  
domum & familiā receptos, adiutos opi  
bus, euectos dignitatibus, non aliter ac  
ceptos, & habitos q; filios, corrupisse pa  
tronorum vxores, filias, propinquas, li  
berorum indolem, spoliasse domū, pro  
didiisse patronos ipsos. vt præstittisset ser  
pentem in domū admisisse, q; in domum

B s tam pe

LIB. I. DE SUBVENTIONE

9 tam pestiferos homines. Quis nō malit  
in syluis, & solitudinibus vivere? Recto  
rem ciuitatis noctes & dies publicis cō-  
modis inuigilātem cum suo cōmodo le-  
uem ac ambitiosum vocant, & regendi  
imperitum. Bonum prīcipem populus  
concilcat, malo paret. ea res multos esse  
malos cogit. & quod admiserit ingrati;  
grati luūt. Idcirco inuisa est oīibus in-  
gratitudo etiā erga alios. Tantūq; hoc  
crimen visum est, vt quum sit in ciuitate  
frequens. nulla sit tamen aduersus il-  
lud legibus animaduersio constituta, q  
omnem humanā aestimationem supera-  
ret. & ex ijs esset, vt inquit Seneca, quæ  
ad vindicem deū remittuntur. Sunt qui  
**Mendici** ex mendicorū filijs aliquos asciuerint,  
vt docerent, vt instruerent facultate vi-  
tæ, pro filijs haberent, hæredes testamen-  
to scriberēt: hos paucis post diebus cum  
furto a dominis pfugisse. aut si aliquan-  
diu in domibus remanserant, effusos in  
omnem impudētiā, ac immodestiam,  
obloquutores, responsatores, insolentes,  
rapaces, itolerabiles esse factos. Et quia  
de mēdīcis res ipsa admonuit, si quis eo-  
rum vitam ac vitia, & quæ quotidie fla-  
gitia &

gitia & scelera designent, consideret, utique miretur magis esse, qui illos vel intuitu dignetur, usque adeo perditum est, quicquid illis datur. Primum immoderatissime ac importunissime efflagitatur, ut extundant magis, quam impetrant. Sunt qui hac sola de causa nihil dat. alii dat, ut tantam ab se molestiam dimoueant. Quin illi nullo respectu ubi aut quoniam petat in ipsa confectione sancti mysterij non sinnunt hoies attente ac pie Sacramentum venerari. Faciunt sibi transitum inter turbam confertissimam, foedi ulceribus, tetro per universum corpus halitu spirante. tam & se diligunt, & ciuitatem totam negligunt, ut nihil pensi habeant, ne in quem transmittat vim morbi, ut nullum fere est morbi genus, quod non habeat suam contagiem. quin & ulceraria multi coperti sunt, ipsos sibi certis medicamentis & facere & augere, ut miserabiliores sint intuentibus. nec solum sua ipsorum corpora auiditate quaestus sic deformant, sed & liberorum, quos nonunque circumferunt accommodatos. Non enim gemitum apud quam etiam raptos & debilitatos ad communidos magis a quibus stipendio precantur. Sic alii varios morbos simulat sanis & integri. si soli sint,

sioli sint, aut necessitas subito ingruat, ostendunt, quā nō sint infirmi, sunt q̄ si ga sibi consulant, si quis eorū vlcera & morbos velit curare. Alij ociosi lucrī dulcedine, quod necessitatis est, vertunt ī artem. Nollent cōmutare rationem hāc parandæ pecuniæ, nec minus pro mente dicitate sua pugnēt, si quis tentet adimere, q̄ alij pro suis opib⁹, ergo diuites possunt stipem, & ab ijs accipiunt, quibus iustius dēberēt dare, quod deprehensum ī nonnullis, oēs suspectos facit. Iam qui semper deū & quicquid est usquā diuox̄ habent in ore, nihil in pectore habent minus, quā illos: impatientissime ī deū iaciunt conuicia, videre est eorū rixas tā rabidas, maledicta, execrationes, & propter minutam vnam centum periuria, plagas, cædes, impotentissime omnia & tētrime, aspernantur nonnunq̄, quod gratis donat, si audiātati nō respondeat, magnoc̄ vultus fastidio & contumeliosis verbis reñciūt. Stipē nacti etiā illos a quibus accepere, rident, tantum abest ut eis seorsum bene precētur. alij recondūt incredibili auaricia: quum ne morientes quidē ad aliquē pro se vsum proferant.

alij dete

alij detestādo luxu dīlapidāt, cōenis op̄ia  
 paris , quales nec opulentī ciues domi  
 suæ habent, animosius illi florēnum vnū  
 ī capum, aut delicatum pīscem, aut ge  
 nerosum vīnum prodigant , quā stuferū  
 diuites, vt non insulse videantur quidā  
 dicere illos cauponi mendicare , nō sibi  
 videlicet, q̄d quā facile est eis illa pecunia  
 eo quæsita die, tam se aliā quæsituros po  
 stridie confidunt. & nescio quo pacto ra  
 ra est in exiguis rebus parsimonia . ra  
 rior multo, si partæ sint citra īdustriam  
 & laborem. Iam quo strepitū epulantur?  
 quā clamoribus īconditīs? dicas rixari  
 meretrices cū lenonib⁹, voluptates dili  
 gentius r̄mantur, & se in eis altius īm  
 mergunt, q̄d diuites. Quævitæ cōsuefa  
 ctio inciuiles eos reddit, impudentes, ra  
 paces, inhumanos, puellas vero impudic  
 cas, libidinosas. Si quis eos recte ac libe  
 rius admoneat, ferocissime obloquūtur,  
 & subinde illud iactant, sumus paupe  
 peres Iesu Christi. Quasi vero dominus  
 Iesus tales pauperes agnoscat, tam alie  
 nos a suis morib⁹ & præscripto sancti  
 tatis vitæ . qui non pauperes pecunia  
 pronūciat beatos, sed sp̄itu . Atqui isti  
 maiores

maiores interdum attollunt spiritus, vel ob hoc ipsum, quod sunt pauperes, quam opulentibus ob suas opes & copias. oderunt omnes, qui vel non dant, vel reprehendunt. A furtis nihil aliud eos arcet quam poenam metus: aut etiam quod occasio non datur. nam si detur, ibi nec legum, nec magistratus nulla est reuerentia: paupertatis praetextu nihil non licere sibi rati. Iras suas non verbis aut pugnis vellent vltas, sed ferro & cæde. argumento sunt multa homicidia clam ab ipsis patrata. & si quando ciuilis discordia incidit, nulli maiores edunt clades, siue prodendo, & instigando, siue ipsis manu propria. Ut non sine grauis simo consilio videantur Romani submisisse egenos cura omni atque administratione Reipublicæ cuius ciues haberent pro inimicis. Quae tamen non sunt a medicta in universum de omnibus, sed de genere. alia enim in alijs vel hominibus vel nationibus sunt vitia. in quibusdam nulla. Deinde ad cohortandos magnos magistratus, ac priuatos, ut paupertati mature subueniant, ne sinant tantam labem & foeditatem vomicam perniciosissime hærere in visceribus suæ ciuitatis.

Quomodo

QVOMODO IN OPIBV S AGENDVM.

**T**Vm etiā ad eos ipsos inopes cōmo-  
infacēdos, quēadmodū se debeant  
gerere in suis aduersis rebus. Primū  
reputare oportet eos inopiā illā missam  
sibi a deo iustissimo, & occulto consilio;  
etiam ipsis vehemēter vtili, adempta vi-  
tiorum materia, & tributa, in qua se vir-  
tus facilius possit exercere. ideo non mo-  
do tolerandam æquo animo, sed libēter  
quocq; amplectēdā, tanq; dei munus. ver-  
tant se ad dñm, qui eos tetigit magno ar-  
gumento amoris illius, quia quē diligit,  
castigat. ne perdant correptiōis & cala-  
mitatis fructum, qui est, seipsoſ & autho-  
rem suū, a quo admonētur, atq; accersum  
tui cognoscere. reiecti a mundo, electi a  
deo. nudi atq; expediti, nudū atq; expedi-  
tum Christum alacriter comitentur. san-  
cte agant: deocq; solo fidant, non huma-  
na ope vlla. & quandoquidē mala tecū  
piunt in hac vita, dent operam, & conni-  
tantur, ne peius multo habeant in alte-  
ra, ne ppter minimos ac vilissimos qua-  
stus in vita amarissi. iacturā faciant coele-  
stium gaudiorū. Nihil simulent, ne ima-  
posturis videantur pro arte vti, confisi  
magis

## LIB. VI. DE SVBVENTIONE

magis fraude sua quam bonitate Christi, qui nos omnes alit. non enim pecunia est, quae nos alit, aut panis, minime defutatus Iesu, qui vere se tales pauperes praebuerint, quales ipse diligit, simplices, puros, verecudos, amabiles. Modeste & probe petat, ac versentur. nihil enim verecundia & modestia pulchrius, aut ad conciliandum amorē efficacius. Porro quid intollerabilius superbo paupere? de quo sapiens ille Hebreus inquit: Tres species odiuit anima mea & aggrauor valde animarum illorum: pauperē superbū, & diuitē mēdācē, & senē fatū & insensatū. neminem oderint. nemini iuideat mortalia ad immortalia accincti & properantes. amet, & redamabunt. Christo paupertate similes sint, & imitatores charitatis: q̄ laborare valēt, ne sint ociosi, quod discipulus christi Paulus vetat. & lex dei hominem labori subdidit. & Psalmista beatū illum vocat, q̄ edidit panem labore manus suarū quæsitus. Ut nihil est nūc eis segni illo ac torpido ocio dulcius, ita nihil esset constictis aliis quid agere grauius aut inuisius q̄ ocium, nihil incundius opere. Quod si mihi fidem non habet, eos interroget, q̄ ex ocioso ac

se ac desidia ad laborē negotiaqp trāstulerūt. Hoī emm operi assuefacto quū cōsuetudine, tum vero natura ingenij humani ocīū ac desidia mortis est instar. Multum & pijs orent animis pro bona mente sua & illorum a quibus in necessitatibus vītæ adiūtantur . vt dominus Iesus dignetur eos remunerare centuplo illo in æternis bonis . Pro his quæ acceperūt non contenti sint verbis gratias egisse, animū quoqp retineant gratū hoc est beneficij memorem, & quæ data ipsis fuerint, ne turpiter prodigant , neu sordide asseruent , non secum in alteram vitam translaturi. in vſus necessarios prudēter dispensent . quibus vbi erit satisfactum, alijs pauperibus ne inuideant quæstum, procurēt etiam, si possint. quin & ipsi de superuacuo diurni vīctus largiātur, imitatiōe vetulæ illius Iudeæ, quę de tenuitate sua duo minuta domino obtulit , hoc est vniuersum censum suum, & laudata est sacro illo Seruatoris nostri ore. felicissima, quæ paupertatem suam obliata est, dum deum respicit. idcirco tātum deuotionis suæ præconem iuuenit. felix eleemosyna de necessitatibus decisa, quę

C Christi

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

Gentilis charitas. Christi testimonio ingentibus diuitiis donarijs prelata est. Ne hoc videat Christianis hominibus factu graue, quod gentiles præstitere, alieni a sancta pietate, emptorem a taberna sua, quod quantum in eum diem victui sat erat, collegerant, ad vicinum, qui nihil aut parum vendidisset, transmiserunt. O Christiani ferreū pectus, quod neque exempla flectunt hominum mundo seruientium non deo, nec tot diuini preceptoris cum tanta vel poena vel mercede documenta, nihil aliud sonantia, quam ut proximo bene & cupias, & facias, quatenus possis. Sed ad pauperes redeo. liberos pie sancteque educent, ac instituant, ut quandoquidem nullas eis sunt opes relicturi, virtutem & sapientiam relinquat hereditatem regnis omnibus anteponendam. Hæc si egerint, si sic vixerint, scio, & capit is ac vitæ meæ periculo ausim spondere, ubi ab hominibus cibus defuerit, cælitus a Deo nunquam defuturum. quod qui non credit, profecto is nec Christi promissis fidem habet, & suam vitam non intelligit ne utram cibo propagari, sed voluntate Dei.

Quibus

QVIBVS VITIIS IMPEDIAN=

TVR A BENEFACIENDO

II, QVI POSSVNT.

**S**Vnt & in nobis e regione alia vitia,  
quæ magis multo nostram beneficē-  
tiam impediunt, omnia ex immodi-  
co nostri amore orta. Cuius certissima &  
germana soboles est superbia, & cupidit  
as alijs eminendi, propter quam alios  
preminus. Hinc superbiæ coniunctissi-  
ma inuidentia, <sup>Supbia.</sup> <sub>Inuidia.</sub> qua nostra bona volu-  
mus nobis esse propria, vt neminem pa-  
tiamur ad nostram magnitudinē assur-  
gere, non solum ascendētibus infesti, sed  
ijs etiam, per quos euehuntur. Iam segni-  
ties quedam in pectore, dum metuimus,  
ne beneficiendo alijs, alios offendamus.  
quæ res non paucos a propulsanda a so-  
cio iniuria retrahit, dum simultates aut  
dāna metuunt. Tímēt etiam quidam ne  
in ingratum incident alienis exemplis  
non pprījs commoti. Nam ipsi experiri  
nolunt, an felicius sibi cedet benignitas.  
Tum in corpore desidia quedam delitijs  
fracta, vt operā refugiamus oēm quan-  
tumlibet fratri profuturam, in lucro aut  
C 2 volupta

voluptate mire strenui & gnaui, Maria  
& terras pagramus exigui quæstus cauf  
sa, sexcenta adimis pericula propter bre  
uissimam voluptatē, proximi gratia ma  
num grauamur vertere. Præter hæc tan  
topere inualuerūt voluptates, & luxus,  
vt nec amplissimus illis census sit satis.  
Idcirco nec alijs impartrī audemus, ne  
nobis desit. Et vera rerum noīa cum bo  
nis rebus olim amisimus, sic cessimus vi  
tis, vt tacito quodam cōsensu ad ea trā  
stulerimus, quę erant, ppria virtutis. Ne  
mo credit se male facere, si non existime  
tur, parsimoniae ac temperantiae laus in  
fordes est versa, luxus & diffluētia sunt  
in precio tanq; nobilitate & opibus di  
gna, vt etiam glorientur nonnulli se cre  
bro inebriari, quasi ebrius hō sit, & non  
pecus, magnā pecuniaē vim in aleā pro  
fundere, aut in moriones, cōuiuari sum  
ptuose, id pulchrum & gloriandum du  
citur. Simplicitas, candor, & recta prudē  
tia, pro stultitia habentur, ad fraudē atq;  
astutiam prudētiæ nomen demigravit,  
& ingenium ad maledicentiam. Docere  
alios abiectum, & vilium hominum, ne  
filios quidem, nisi artes vanitatis ac su  
perbiae,

Nominis  
rerū in  
uersa.

perbiæ, nec orare honestum satis, ne vlt  
deamur deum maiorē nobis fateri, & ali  
qua nos illius ope indigere. Atque hæc  
oia barbarissimis & stolidissimis seculis  
inuecta. Deinde pecunia, quæ initio fue- Pecunia  
bonos.  
rat instrumentum eorum modo, quæ ad  
vitium attinerent, transiit in instrumen-  
tum honoris, dignitatis, superbiæ, iracu-  
diæ, fastus, vltionis, vitæ, necis, imperij,  
omnium deniqz, quæ nos pecunia meti-  
mur. Addito pecuniæ tam vasto precio,  
nemo est, qui nō illam quacuqz via & ra-  
tione cogendam, complectendam, cōser-  
uandam censeat, iure, iniuria, per fas, &  
nefas, indiscretis pfanis, sacrīs, licitis, il-  
licitis: eum qui parauit, sapientem, domi-  
num, regē, virū magni & admirandi cō-  
silijs: pauperem vero stultū, despicibile,  
vix hominem. Hæc tam recepta omniū  
opinio etiam hoies suopte ingenio alie-  
nos a cura fortune adigit ad famulandū  
ei. Nam alij alijs exemplo & inuitamen-  
to sūt ad scelus. Pater, mater, nutrix, fra-  
tres, benevoli omnes nihil aliud optant  
& precantur qz pecuniā: amicus amico  
cognatus cognato idē, hostibus vero ni-  
hil imprecamur aliud, nisi pauperiem.

C 3 Afferunt

## LIB. I. DE SUBVENTIONE

Afferunt nonnulli honestas, quantum  
ipsis quidem videtur, & graues caussas,  
parare se pecuniam & tanquam viaticum ad  
senium sua natura imbecillum, & mul-  
tarum rerum indigum: ad morbos, ad ca-  
sus varios. hinc ad filios, nepotes, propin-  
quos, affines. hanc prouidentiam vocat,  
& ea sollicitudo in infinitum tendit, dum  
immortalitati generis volumus prospe-  
ctum. eoque persuasionis est ventus, ut qui  
paulo largius egenis benefacit, si frauda-  
re haeredes dicitur. imo inuidioso verbo  
rapere, furari ab eis. nec defuit leges, quae  
auiditati haeredum adsint, ac beneficas  
manus illigent. & sic obtinuit commu-  
nis sententia, ut pessimo haredi omnia,  
optimo pauperi nihil debeas. Hæc tanta  
cura & suspectus pecuniæ rem in eum sta-  
tum adduxit, vt suæ cuicunque fortunæ vita  
& anima chariores sint. si quis egeno nu-  
mim dederit, sanguinem putet dedisse  
se, non metallum. Accedit his omnibus,  
quod quisque ut vixit, ita moritur. in ambitio-  
ne, superbia, auaricia transegit vitam, sic  
vel ædem, vel sarcinum, vel sepulchrum,  
ut opes sufficiunt, sibi extruit argento,  
auro, marmore, ebore insigne, ut etiam  
auaricia

avaricia viuat in mortuo, sparsis ubique  
 insignibus & ostentata nobilitate gene-  
 ris ad superbiam, armis additis, ut si opus  
 sit, vel cælum expugnet armatus. vel  
 si quis corpori tentet inferre iniuriam,  
 propulset. primum omnium occidat ver-  
 mes, a quibus depascitur. inscribuntur  
 gesta bellica, & monumenta crudelita-  
 tis, testimonium triste apud iudicem pa-  
 cis. Ex præda, & spolijs pauperum, &  
 diuitijs inique vel quæsitis vel retentis,  
 etiam quum iam amplius nostræ non  
 sunt, iubemus cani nobis nescio quot  
 psalmos, & missas dici. Alij arces con-  
 struunt, aut Pyramides, aut imagines:  
 denique quod memoria non patiatur  
 intercidere. ac dum ista cogitatione agi-  
 tamus, & magnam inde nobis gloriam  
 pollicemur, victurosque nos etiam post  
 mortem, minutum negatur pauperi, ne  
 quid tantis sumptibus deficiat. imo ve-  
 ro detrahitur minutum pauperi, si ha-  
 beat, & spoliatur nudus. Ergo præcipua  
 cauſa, cur non benefacimus, & super-  
 bia, & amor nostri, qui quo flagrantie-  
 us exardescit, eo magis extinguit cha-  
 ritatem erga alios. de quo dominus

11

C. 4 noster

**LIB. I. DE SVBENTIONE**

noster in euāgelio suo, inquit: Quoniam abūdabit iniq̄itas, refrigerescet charitas multorum. Hæ sunt veriores ac certiores caussæ, cur in benefaciendo cōtrahimur. sed more cunctis hominibus cōmunī culpas nostras in alios transferimus. & a quo nos vltro abhorremus, caussificamur non facere alieno vitio.


**NVLLAS CAVSSAS DEBERE  
IMPEDIRE NOS A BENE  
FACIENDO.**

**A**T vero pulchra res est, & excellēs imprimis benefacere. in qua decet homines æmulatores esse parentis sui dei, cuius benignitatem ingratitudo nostra nō exhaustit. pluit super iustos & iniustos, oriri solem suum facit super bonos & malos. Et si quis recte expendat, fere inopum vitia nobis sunt imputāda. ingratos ipsi facimus lente aut maligne succurrendo nō puro animo, sed aliquid spectantes aliud, q̄s beneficium, & gratiam: exprobrādo beneficio, commemoratione, nutu, fastidio. Multi etiā vnū erga quēpiam ingratitudine sic permouentur, vt nemini velint prodesse. atqui nemo

nemo ignorat, non omnes homines eodem esse ingenio, eisdem moribus. ipse experire. audi Senecam hominem gentilem Christianos edocentem, quae illum conueniebat potius a Christianis discere. Equidem locum integrum adscribam, ut pudeat vnumquemque nostrum, ne ex præceptis quidem gentilium paulo senioribus vitam instituere: Non est, inquit, quod tardiores nos faciat ad benerendum turba ingratorum. Nam pri  
mum, ut dixi, nos illam inertiam augeamus. deinde ne deos quidem immortales ab hac tam effusa necessitate sacrilegi, negligentesque eorum deterrent. ut tamen natura sua, ipsos munerum suorum malos interpres iuuat. Hos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur. Demus beneficia, non foeneremus. dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit, cum daret. At male cessit. & liberi & coniuges saepe se fellerunt, tamen & educamus, & ducimus. Adeoque aduersus experimenta pertinaces sumus, ut bella victi, & naufragi maria repetamus. Quia magis permanere in datis beneficijs decet, quae si quis non dat, quia non recipit:

C 5 dedit.

Seneca  
locus.



L I B . I . D E S V B V N T I O N E

dedit, vt reciperet. bonam ingratorum  
facit caussam, quibus turpe est non  
reddere. Quam multi indigni luce  
sunt, & tamen eis dies oritur. quam  
multi quod nati sunt queruntur: ta-  
men natura sobolem nouam gignit:  
ipsosque qui non fuisse mallent, esse pa-  
titur. Hoc & magni animi, & boni pro-  
prium est, nō fructum beneficiorum se-  
qui, sed ipsa: & post malos quoq; bonum  
quærere. Quid magnifici erat multis p-  
desse, si nemo deciperet? Tunc est virtus  
dare beneficia, non utiq; reditura, quo-  
rum a viro egregio statim fructus perce-  
ptus est. Adeo quidē ista res fugare nos,  
& pigriores ad rem pulcherrimam face-  
re non debet, vt si spes mihi præcidatur  
gratum hominem reperiendi, malim nō  
recipere beneficia, quam non dare:quia  
qui non dat, vitium ingrati antecedit.  
Dicam quod sentio. qui beneficium non  
reddit, non magis peccat, quam qui non  
dat. Hactenus ille. Sed fuerit sane me-  
tus hic ingratis apud gentiles ali-  
quis, quem tamen tantopere Seneca, vt  
audisti, conatur eripere, idq; primo ca-  
pite librorum de beneficijs, tanquam la-  
pidem

pidem primo statim ingressu molestum  
& intrantibus offetur. Nos vero ne is  
metus a iuuando retrahat, dominus spon-  
sorem se offert pro paupere, in se recipit,  
quod inopibus confertur. quid locuple-  
tiorem quærimus? an fidelem magis?  
quid illo cogitari potest mitius, aut be-  
nignius? ille omnia nobis dedit, quæ-  
cunque habemus, & tamen si quis ab  
eo iussus pauperi aliquid erogarit in dei-  
gratiam, ipse debitorem se facit. sibi vult  
referri expensum, quod de bonis illius  
fratri datur. Quid porro nobis vel du-  
rius, vel ingratius? qui de ijs, quæ ille  
apud nos deposituit, dare recusemus,  
quam ipse iubeat? quid stultius, quos  
tanta proposita mercede dare pīgeat?  
quid magis cæcum, quam in supplicium  
certum ruere, dum caducas res & mille  
casibus obnoxias arctissime complecti-  
mūr? Ad hæc, si mature subueniremus  
pauperibus, haud dubie cum conditio-  
ne ac statu rerum, mutarent & mores.  
Nūc vero finimus mendicos in egestate  
sua cōputrescere. Quid possunt ex suis  
sordibus aliud trahere, quam omnia  
illa commemorata vītia? Et quidem  
illorum

## LIB. I. DE SUBVENTIONE

illorū culpæ humanæ sunt, & quadā tē  
 nus necessariæ, nostræ voluntariæ, ac pe  
 ne diabolicæ. Quale est enim in ciuitatē  
Quæ cōd.  
tra euan-  
gelium vi-  
num. Christiana, vbi quotidie euangelium le-  
 gitur, hoc est vitæ liber, & in eo vnicum  
 præceptum Charitas, tam diuerso modo  
 viui, atq; illic præscribitur? nec vero no  
 stram viuendi rationem gentiles appro  
 barent cordatiores paulo. planeq; ex gē  
 tilitijs ciuitatibus nihil mutauimus p̄r  
 ter nomen. vtinam vitia nō auxerimus.  
 Audimus: Benefacite, orate p̄ perseque  
 tibus & impugnantibus vos. At nos ci  
 uibus nostris profuturi, etiā loqui graua  
 mur. Socrates homo gentilis, cōtemptis  
 suis priuatis rebus, cum offensione mul  
 torum, atq; inuidia, totam ciuitatem cir  
 cūbat, docens, admonēs, adhortans sin  
 gulos, noctes & dies incumbens in eam  
 curā, vt ciues suos meliores faceret. No  
 lo apostolorum peregrinationes percen  
 sere, & tot exhaustos labores, gentilis vi  
 ta & actibus erubescant homines Chri  
 stiani. Dicitur, qui habet duas tunicas,  
 det vnam non habenti. Nūc quanta in  
 æqualitas? Tu non potes nisi sericis in  
 dui, illi canabaceus deest, quo se operiat.  
 viles

viles sūt tibi arietinæ vel agninet pelles,  
 ceruarijs, pardis, pōticis, muribus amici  
 ris, pximus tuus frigore ringit, contra-  
 ctus ad dīmidium prē rigore, auro & gē-  
 mis onustus, vitā pauperis stuferulo non  
 redimeres. Ad capos & pdices & deli-  
 catissimos ac maximi precij cibos satur  
 nauseas, fratri tuo deest furfuraceus pa-  
 nis, quo se inualidum cum coniuge &  
 parua sobole sustentet, quum tu canibus  
 tuis meliore proiicias. Nec interea tan-  
 geris recordatione luxuriosi diuitis, qui  
 induebatur purpura & bysso, & epulaba-  
 tur quotidie splendide, & mēdici Laz-  
 ri. Tibi non sufficiūt ædes, que cepissent  
 antiquorū regū comitatus, fratri tuo nō  
 est, quo se per noctem ad quietē recipiat.  
 nec timesne illud audias: fili recepisti bo-  
 na tua in vita tua. & diram detestationē  
 domini: Vę vobis diuitibus, qui hic ha-  
 betis consolationes vestras. Quum nul-  
 lus est congerēdi finis ad morbos, ad se-  
 nectam, q̄iam surdis illa auribus cantā-  
 tur: nolite esse solliciti de crastino, attolli-  
 te oculos, intuimini volatilia coeli, & li-  
 lia agri, quæ citra curam omnē suam pa-  
 ter ille cælestis pascit, atq; auget. Nōne  
 hæc omnia

Luc 16

Luc 9,

Math. 6

LIB. I. DE SUBVENTIONE

hęc omnia casibus obiecta sunt: nec prodest homini parasse & cōseruasse aduersa dei voluntate, in cuius manu sunt causas. quot ex locupletiss. fecit inopes scintilla ignis nō obseruata, aut pugillus stirpae in nauī, aut effusus amnis vel Oceanus, aut hominis malicia, vel calūniosum verbulum: Quid: An non pauperes sine his valent ac viuit: & diuites egrotāt, & moriuntur cū his: Quanta dementia est existimare vitā esse in pecunia, & pane cōstitutā. minime oportebat nos huiusc rei esse ignaros, q̄ toties audimus: non Matt. 4. pane solo viuit homo, sed verbo & volūtate dei. & alibi: Non in abundantia eorum quæ quis possidet, est vita eius posita. Quid potuit explicari apertius aduersum inanem coaceruandi anxietatem, q̄ pposita parabola hominis locupletis: cuius maximū in modū, puerus aucti ingētē de vita securitatē pepererat, vt etiam aīe sūrā diceret: Aīa mea ede, bibe, fruere bonis. habes em̄ multa i annos plurimos pata. & audiuit, q̄ vnicuiq̄ nostrū in medijs fortunarū cogitatiōibus diceat: stulte hac nocte aīam tuā repetūt a te, q̄ parasti cuius erūt: vbi hęc sunt auditā ex ore illo

illo sapiētiae dei, nefas fuerit exempla de secularibus literis mutuari, in qbus refe runtur tam multi sublati in prima aucti patrimonij cōstitutione. quū statuerent iā curas relaxare, & partis frui, molleq & suauem imposterū vitā ducere. Nihil aliud videmus ī ciuitate laborare hoīes, nisi vt moriātur diuites, non vt viuāt. Iā si in senectutē hæc cōdunt, aut morbos, qd sibi vult tatus in vestitu & epulis luxus ī ista ministrorū & clientū frequen- tia ociosorū fiducia tuarū opum: tot cas- nes, accipitres, simiae, alea, scurræ: si quis in gratiā locupletis hoīs petat, nihil re- cūsat. in morīoes & eos q̄ risum mouēt, q̄ multa cōgerunt: istis nō est dādi finis. in quo Hispani magnifice insaniunt. in gratiā dei nihil est agendū. cōsuetudine vitorū occaluiimus, vt iā non cēseamus, quæ tantū lādūt. Eiusmodi diuitibus cōtingit s̄apenumero, quod sapiēs inquit, Qui calumniāt pauperē vt augeat diui- tias, dabit ipse dītiori se & egebit. Sed ne q̄s subtrahat pauperi manū metu ne des- sit sibi, aut certe pretenuiter īpartiat, So lomonē auscultet: Qui dat pauperi, non indigebit: q̄ despicit deprecantē, sustine- bit penū

**L I B . I .**      D E S V B V E N T I O N E

bit penuriam. & Paulum ad hunc modū confirmantē Corinthios in danda eleemosyna: Potens est autem deus omnem gratiam augere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonū. sicut scripsit Psal. IIII. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui aut administrat semen seminanti, & panem ad manducandū præstabit. Et multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiae vestræ, vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam ministerium huius officij nō solum supplet ea, quæ desunt sanctis, sed etiā accumulat per multas gratiarum actiones domino. Sic ille, videlicet oratio & gratiarū actio, quæ fit propter eleemosynam deo, impetrat ab illo incrementa eorum cōmodorum, per quæ misericordiā operamur. Quid num dictis tantum hæc & monitis constant, non itidem exemplis? In libro Regnum 3. legimus: Erat in Sa- rpta Sydoniorum vidua, quæ tātum farinæ habebat domi, quātum pugillo capi posset,

pi posset, & olei paucas guttas. hec ligna  
 tum egressa duo ligna referebat domū,  
 vt libū sibi ac filio coqueret, quod vbi  
 edissent, morerentur, etenim erat fames  
 atrocissima in Israel. Helias vero id sibi  
 p eleemosyna postulauit, promittens nō  
 defuturum ei ac filio. fidem habuit mu-  
 lier prophetæ. dedit illi, quantulum cūq;  
 habebat. postmodum vero nec hydria fa-  
 rinæ defecit, nec olei lechytus imminu-  
 tus est, vscq; in diem quo misertus est do-  
 minus Israel. I nunc, & timidus commo-  
 da, quod tanto cum fœnore recepturus  
 es, etiam in bonis vitæ huius. At posteri-  
 tatem cogitat quis, id profecto infini-  
 tum est. quis tandem erit cumulandi mo-  
 dus? Quid ipsis nullam ne vis curam re-  
 linquere? nihil quod agant? in quo se  
 exerceant? pessime profecto in eos consi-  
 lis. & ipse non recusas tum misere viue-  
 re, tum etiam male illorū caussa, qui cu-  
 iusmodi futuri sint, ignoras. Audi sapiē  
 Regē: Rursus detestatus sum, inqt,  
 industriam meam, qua sub sole studio si  
 me laboravi habiturus hæredē post me,  
 quem ignoro, vtrum sapiens, an stultus  
 futurus sit. & dominabitur in laboribus  
 D meis,

Filiorum  
cura.

Ecclesia  
stes. 2.

meis, q̄bus defudaui, & sollicitus fui. & est quicq̄ tam vanū? vnde cessauī, renū-  
cianūtq̄ cor meum vltra laborare sub fo-  
le. Nam quum alius laboret in sapien-  
tia, & doctrina, & sollicitudine, homīni  
ocioso quæsita dimittit. Hactenus ille.  
Cæci exemplis non mouemur, que quo-  
tidie oculis se ingerūt, sed nos ab eis ani-  
mum auertimus, existimātes communi  
hominum conditione non teneri, quum  
simus homines. alijs adimūtur filij, qui-  
bus ingentes opes cōgregauerant: & sit  
quod legimus in psalmo 38. Relinquet  
alienis diuitias suas: & sepulchra eorum  
domus illorū in æternum. Tabernacula  
eorū in progenies p̄genierū. Nominaue-  
runt nominibus suis terras suas. Aliorū  
diuitię ad secundū hæredē non pueniūt,  
corrupta filiorū īdole spe paternæ hære-  
ditatis, aut ipsorum parentum indulgen-  
tia. Tum q̄ conseruare nescit, qui labore  
non adhibuit in quaerendo. Aliorum fi-  
lij sine diuitijs fuissent optimi, in diui-  
tijs sunt pessimi. vt īstrumentum videa-  
tur flagitorum ac scelerum is pater reli-  
quiſſe, qui quacunq̄ ratione liberos lo-  
cupletare studuit. liberi etiam quum pa-  
trem

trem vident omnia diuitijs posthabere,  
ipsi patri diuitias anteponunt. iustissima  
talone, & quam ad nos edocendos deus  
sinit euenire. bona arte & sancta mente  
filios instructos abunde diuites relin-  
ques. ne illud doceas, rem quoctiq; modo  
rem. alioqui in te primum experientur  
viam præcepti illius. vis audire veras di-  
uitias, & decendentis vita patris ad filios  
mandata. Thobias sic moriens loquitur:  
**Audite filij mei patrem vestrum. Serui-**  
**te domino in veritate, & inquirite, & vt**  
**faciatis, que placita sunt illi. & filiis ve-**  
**stris mādate, vt faciant iustitias & elec-**  
**mofynas, vt sint memores dei, & benedi-**  
**cant eum in omni tempore, in veritate**  
**& in tota virtute sua. caput itidē eiusce**  
**libri 4. plenum est eiusmodi mandatis,**  
**quibus decet vnumquemq; patrem fi-**  
**lios ditare, non auro vel argento. vetus**  
**verbum est, congestori auaro hæres pro-**  
**digus. & illud: nec bono hæredi opus est**  
**pecunia, nec malo. ille facile quæret, hic**  
**cito profundet. Quod locupletes existi-**  
**mares te filios relinquere, si illis princi-**  
**pem aliquem tutorē & patronum & ceu**  
**patrē quēdā parasses. profecto, si qua est**

D 2 fides,

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

fides, deum relinquis filijs tuis parentē,  
Psal. III. si bonus ac misericors fueris. generatio,  
Prō. 20 inquit rectorum benedicetur. & alio lo-  
co: qui conuersatur sine reprehēsione in  
iustitia, beatos filios relinquet. Nempe  
idem dñs est, qui parcit Israelitico popu-  
Exo. 34. lo ppter maiores eius Abraam, Isaac, &  
Jacob. & qui visitat iniquitatē patrū in  
filios in tertīā & quartā generationē eo-  
rū q̄ oderunt ipsum. & facit misericordiā  
in millia ijs, qui diligūt eū, & custodiunt  
Ecclesiast. præcepta eius. melius est mori sine filijs  
stici. 16. inquit Syrach sapiens, q̄ filios impios re-  
linquere. dicam equidem quiddā minus  
forsitan receptū in vulgis, sed tamen ve-  
rissimum, mea vtīq̄ sentētia, patres qui  
Pater sū- experti prauum filiorum ingenium, &  
lium mā- quod pecunia tanq̄ veneno corrūpatur,  
lū exha- pessime facere, quum magnas illis opes  
redet. relinquunt. hoc est certissimam vītiorū  
materiam. eiusmodi diuītiæ adimuntur  
bonis, qui norunt illarum vsum: & mali  
instrumentū flagitiorū nacti fiunt peio-  
res. Si quis omnino prospectū vult malo  
filio, deponat eā pecuniā apud viros spe-  
ctatae fidei, qui illi depositum restituāt, si  
redeat ad meliorem frugē. sin perseveret  
in nequi

in nequitia & sceleribus, probis indigis  
elargiantur, imo tanque debitum eis per-  
soluatur. Audi iam & prophetam & ho-  
minem senē: Junior fui, etenim senui, &  
non vidi iustū derelictum, nec semē eius  
quærēs panem. tota die miseretur, & cō-  
modat, & semen illius in benedictione  
erit. Corporibus diligenter propricis. expe-  
dīret, vt animis diligentius prospiceret,  
exemplo sancti & prouidentiss. Job, qui  
pro singulis filiorum holocaustum offe-  
rebat deo: vt si forte peccassent, nec bene  
dixissent domino, sacrificijs patris ex-  
piarentur. Atqui verissimum sacrificiū  
est & deo gratiss. eleemosyna: de qua scri-  
bitur in mysticis literis: Ignem ardenteEccle. 3.  
extinguit aqua, & eleemosyna resistit  
peccatis, & deus prospector est eius, qui  
reddit gratiam. Postremo quantæ sunt  
illæ opes, etiā apud homines, filius opti-  
mi patris? Nihil opus est vetera exem-  
pla recēdere, quæ sunt in scriptoribus gē-  
tium omnium innumera. quotidie vi-  
demus multos per se indignos opibus,  
honoribus euehi, sola recordatiōe pater-  
næ virtutis, & quos sine alio despiceret  
mus respectu, veneramur patrem in eis

D 3 spectan

## LIB. I. DE SVENTIONE

Munera  
deo di-  
gna.

Gloria.

spectantes, non ipsos. vnde oritur decus nobilitatis. At sepulchra & altaria & sacra ornamenta, & missæ, & psalmi tui abominatio sunt ante deū, cui tu ex mortuis lapidibus templum dum suscitas, via eius templa cadere ac interire patet. Non donaria & magnifica munera respicit deus, sed puram mentem, & immaculabilem conscientiam. hæc vox etiā gentilibus nota fuit, tradita a Platone, Xenophonte, Cicerone, Seneca, quanto Christianis debet esse notior: quibus nullum templo est opus, quum adoret patrem in spiritu: cuius patris templum est mundi universitas, sed peculiarius puri animi, dicente Apostolo: Templum dei sanctum est, quod estis vos. quid dicā quare? Iam quid illuc facit aurum? putas deū vel puerum esse, qui capiatur auri fulgo re. vel auarum, qui possessione. vel hominem, qui vsu. Verum gloria viventi, si expetatur, grauis. si non expetatur, inutilis. mortuo superuacua. maioribus enim detinebitur vel gaudijs vel supplicijs, q̄d ut his

vt his nostris vocibus, etiam si ad eū peruenirent, moueatur. Quid Achillī prodest Ilias Homerī tā cantata? quid Vlys si Odyssēa? vel vtrumq; opus auctori suo? Quid Alexādro tot per oriētem Alexādriæ? Quid Flādriæ Comitibus auratæ statuæ pro Burgo positæ? vt transeam quam caduca & breui peritura sint eiusmodi opera, sed certe pauci intuentur, pauciores animaduertunt, nemo fere de ijs inquirit, quorum monumenta sunt: & vt inquiesierit, haud magno æstimat, quod si gloria quæritur, quæ maior, quā si benefacias? si prosis? si iuues multos? hæc vna apud priscos homines ad immortalitatem vía, vt a nobis est in superioribus expositum. deos vocauerunt neficos. Deus est, inquit Plinius, mortali iuuare mortalem. nec inter virtutes est vlla liberalitate & munificentia gratiior & plausibilior, propter quam solam multi īgentia sunt regna consequuti. Sed vnicuiq; homini bona gloria existimanda est. vt solutus corpore bene a conscientia sua & deo audiat, atque eam ob caussam beatissima æternitate perfruatur.

D 4 Quæ

LIB. I. DE SUBVENTIONE  
QVAE VNICVIQUE A DEO DANS-  
TVR, NON PROPTER IPSVM  
DARI SOLVM.

Meum.  
Tuum.

Naturæ  
beneficia

**P**laton philosophus felices fore respu-  
blicas aiebat, si duæ illæ voces ex ho-  
minum vita tolleretur, meū & tuū.  
Quantas enim inter nos excitat tragœ-  
dias? & quibus clamoribus illa intonan-  
tur: meum dedi, meū abstulit, meum nō  
tanges. tuū non attigi, tuum tene, tuo sis  
contetus. quasi vero aliquid ullus homin  
possideat, quod merito queat suū appel-  
lare: etiā virtutem ipsam a deo accepit, a  
quo nobis data sunt omnia, alijs aliorum  
caussa. Primū natura, per quam volo deū  
intelligi. nam nihil est natura aliud, q̄ il-  
lus voluntas & iussus. hic ergo quātas  
utilitates nobis siue ad vescendū herba-  
rum, radicū, fructū, frugū, pecorum, pi-  
scium, effudit: omnia in cōmune. siue ad  
vestiendū pelles, vellera, tū ligna & me-  
talla, & cōmoditates animātium, vt ca-  
num, equorū, boū, deniq̄ quæcunq̄ pro-  
tulit, in hac proposuit domo nullis repa-  
gulis aut seris clausa cōmunia ijs, quos  
progenuit. dic tu, qui occupas, an sis na-  
turæ magis filius, q̄ ego? si nō es, cur me  
excludis,

excludis, tanque legitimus naturae filius  
nothū? At inquis operā & industriā na-  
uauī, liceat & mihi possidere, idē faciam.  
Ergo quod natura liberalitate sua dedit  
cōmune, nos malignitate nostra propriū  
facimus. quod illa obuium exposuit, nos  
auertimus, recondimus, claudimus, tue-  
mur, arcemus alios poste, pariete, feris,  
ferro, armis, denique legibus. Itaque auari-  
cia & malitia nostra charitatem & famē  
indicit abundatiæ naturæ, & diuitijs dei  
paupertatem adfert. Iam per malignita-  
tem nostram effectū est, ne vere deo dici  
possit. Aperis tū manū tuam & imple  
omne animal benedictione, nō pōt inīri  
numerus eorum qui tertio ab hinc anno  
in Bethica extincti sint fame, victuri ad  
huc, si tam effemus prompti ad ferendā  
opem, que ad petendam. aut si nos vel be-  
stiarū liberalitas moueret, & sensus qui-  
dam naturae accommodatior, quam no-  
ster, quarum nulla est, quæ pasta & satu-  
rata, residua non hic in cōmune incusto-  
dita velut in ampio quodam naturae re-  
linquat penore. Quapropter sciāt quis-  
quis naturae munera possidet, si cum ege-  
no fratre communicet, iure possidere, &

D 5 ex natu

## LIB. I. DE SUBVENTIONE

ex naturæ voluntate ac instituto. si se-  
cūs, furem & raptorem esse naturæ lege  
conuictū & damnatū, quum occupet &  
detineat, quæ natura non ipsi vni pro-  
crearat. Ad Architā Pythagoricum Pla-  
to scribit: Nō nobis solis natū sumus, sed  
18 ortus nostri partē patria vendicat, par-  
tem amici. & senex ille in comoëdia: Ho-  
mo sum, humani nihil a me alienum pu-  
to. Nemo sit ergo huiusc rei insciens, se-  
nec corpus, nec animam, nec vitam, nec  
pecuniam habere in usum modo suum  
& commodum data: sed esse illarum re-  
rum omnium dispensatorem: nec alio fi-  
ne a deo accepisse. hoc & si umbra qua-  
dam, tamen vetusta gētilitas vidit, quæ  
ita per leges de suis ciuibus sanxit, vt ap-  
pareret vnumquemq; omnia debere suæ  
ciuitati. huic in quemq; ius ac fas esse de-  
corpore, de vita, de fortunis statuere. vn-  
de illi apud Athenienses Areopagitæ,  
apud Romanos Censores in vitam, cen-  
sum, mores cuiuscq; inquirebant, vt legi-  
bus & poenis iudicarent, quam hæc ab  
vnoquoq; in publicum cōmodum admi-  
nistrentur. Sed in ea quidem re affera-  
mus iam nō hominum testimonium, sed  
dei edictū.

dei edictū: Gratīs: inquit, accepistis, grātis date . & parabola proposita est de eo, qui talentum quod a domino acceperat, quia recōdidit, nec est eo negociatus, pūnitur acriter, collaudatis ijs, qui negocia tione rem auxerant: hoc est multos adiu uerāt illis ipsis dñi beneficijs . Quocirca fur est, nō qui hæredi, quod inopibus lar giatur, detrahit; sed q̄squis inutiliter eru ditione abutitur, vel vires consumit, vel scientiam sinit torpescere, vel pecuniam profundit, vel affruat. Dicet aliqs ; idq̄ īgenti cum supercilio , de meo hæc fa cio : quid mihi ad tribunal Christi cha ritatis & mutuæ beneficentiae vindici, id allegas, quod non tibi licuisset ad sel las censorum Romanorum ? ostendi ni hil esse cuiquam suum . Fur inquam est & raptor , quisquis pecuniam in aleam prodigit , qui domi in arcis coactam de tinet , qui in ludos effundit aut epulas, qui in preciosas admodum vestes , aut īstructissimum vario argento atque au ro abacum , cui vestimenta domi com putrescunt , qui emptitandis rebus sui peruaciis , aut īutilib⁹ , pecuniam expendunt , qui in vanas superstru ctiones.

**LIB. I. DE SUBVENTIONE**

ctiones. Denique quisquis , quod superest  
necessarijs naturae visibus, non egenis im-  
partit, fur est , & si non humanis legibus,  
quaqua his etiam nonnullis, certe diuinis  
punitur.

**NON CONSTARE PIETAMET ET  
CHRISTIANISMVUM SINE BE  
NEFICENTIA MUVT VA.**

**H**actenus diuina cum humanis coiu-  
xi, propter eos, quia tenebris altissimis  
immersi non ferunt diuinæ lucis ful-  
gore. Nec vero sola persequemur illius  
principiis ac domini iussa , de quo dicit:  
**Mat.10.** Nolite eos timere, qui occidunt corpus,  
postmodum autem nihil habent reliqui,  
quod agant . illū timete , qui vbi corpus  
occiderit, anima potest mittere in gehes-  
nam. sed nos tantopere ad scelera occa-  
suimus ut nihil æque surdis audiatur au-  
ribus , quam quæ deus iussit . Nec sal-  
tem vitæ huius vanitas nos commone-  
facit, non esse hic spes nostras figendas,  
ad illum venturos nos, qui fuerit & spe-  
ctator, & testis nostrarum quoque cogitatio-  
num, eundem futurum iudicem, & vnu-  
quenque nostrum pro meritis aut retentio-  
rum secum in æterna beatitudine , vel  
missurum

missurū ad supplicia . Deus ergo p̄ quos nobis loquitur , nisi primū per filiū suū hinc per sanctos viros , & sp̄itu eius afflatos ; sed dei certissima oracula expressa sunt libris veteris ac noui testamenti . Quibus omnibus nihil cōmendatur magis , nihil inculcatur crebrius , q̄̄ misericordia ; seu q̄s Gr̄ece malit , eleemosyna . In Deuteronomio sic dominus loqtur : Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ , idcirco ego præcipio tibi , vt aperias manūm tuam egeno & pauperi , qui tecum versatur in terra . Nec gratis hoc iniungitur . additur præmium , vt paratam inueniat misericordiam , quisquis exhibuerit . In psalmo enim 40. Dauid inquit : Beatus qui intelligit super egenum & pauperem , in die mala liberabit eum dominus . Dominus conseruet eū , & viuificit eum , & beatum faciat eū in terra , & non tradat eum in animā inimicorum eius . Dominus opem feret illi super lectum doloris eius . vniuersum strastū eius versasti in infirmitate eius . Eiusdem vatis versiculus ille ex 9. Psalmo : Tibi derelictus est pauper , orphano tu eris adiutor . aperte declarat potentem in hoc esse

LIE. I. DE SUBVENTIONE

hoc esse a domino vel dignitate ornatū, vel munitum ac instructum potentia, honore, autoritate, opibus, vt tutor & defensor sit inopis, vt robustior filius imbecilliori a patre custos adiunctus. Nec de sacrificijs & ceremonijs suis dominus est sollicitus, misericordiam ab homine exigit. huic vni mercedem pollicetur.

**Cap. 58.** Apud Esaiam prophetam verbis domini sic legitur: Rogant me iudicia iustitiae, & appropinquare deo volunt. Quare ieunauimus, & non aspexit humiliauimus animas nostras, & nescisti: Ecce in die ieunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieunatis, & percutitis pugno impie. Non est hoc ieunium quod placet domino. Nonne, inquit, hoc est magis ieunium, quod elegi: Dissolue colligationes impietatis. solue fasciculos deprimentes. dimitte eis qui confracti sunt, liberos, & oē opus dirumpe. Frange esuriēti panē tuū, & ege nos vagoscē induc in domū tuā. Quā visideris nudum, operi eum, & carnem tuā ne despixeris. tunc erumpet quasi mane lumen tuū, & sanitas tua citius orietur.

Et ante

Et anteibit facie tuā iustitia tua, & gloria dñi colliget te. Tūc inuocabis, & dñs exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Hactenus Esaias. Quærit & circunspicit peccator quēadmodum offendit ab se dominum queat placare, offert vīctimas, offert primogenitū suum, & spretis omnibus, quae extrinsecus poterant adferri, de interioribus misericordia postulatur. Sic em legimus in vaticinijs Micheæ prophetæ: Quid dignū offerā domino? Curuabo genu deo excuso? Nun quid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Nungd placari potest dominus in millibus arietū, aut in multis millibus hircorū pinguiū? Nunquid dabo primogenitū meum pro scelere meo, fructum ventris mei, pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi o homo, quid sit bonū, & quid dominus requirat a te. Utique facere iudiciū, & diligere misericordiā. Quibus curæ est perscrutari naturas rerum, perhibet, amorē natura & ingenio suo a nulla re verius elici q̄ ab amore. sic nihil æque dei misericordiā nobis conciliat, q̄ nostra misericordia. Qui pronus est ad misericordiam, inquit Salomon, benedicet.

Amor a  
morē eli-  
cit.

**L I B . I .**      **D E S V B V E N T I O N E**

Miseri-  
cordia.

In Ge-  
nesi.

Psal. 36.

Christi  
autori-  
tas.

benedicetur. & de immisericorde idē ait: Qui obturat aurē, ne audiat imbecillū, & ipse inuocabit dominū, & non erit, q̄ exaudiat eū. Sed nos aquā, vt dicitur, in mari quærimus, quid aliud sonant vē tera dei præcepta, nīsi vnicam viā nanci scendæ dei misericordiæ esse nostrā misericordiā, etiā vſq; ad cōmoda vitæ huius temporariæ: Abraam & Loth consuetudine accipiendi hospites, angelos insciū receperūt, tantoq; honore digni sunt habiti: nec angeli affymboli discesserunt. Loth ab incendio & ruīna quinq; vrbū exemptus est. Abraam filiū recepit originem promissæ illius sanctæ ac innumeræ posteritatis. Rex ille & vt senex, & vt vates, sic inqt: Iunior fui, etem senui, & non vidi iustū derelictum, nec semen eius quærēs panem. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Veniamus ad Christū fidelissimum legatum patris missum ad nos magna & admirabili autoritate signorum & virtutum in illa humilitate corporis, vt hominem hostem irato reconciliaret patri, insipientem erudiret, errantem in via reduceret, cæco vsum reddeat et solis

ret solis ac luminū. hunc audiri pater voce sua iussit. nos illius doctrina ac luce nos vēditamus. illius gloriamur noīe, qđ est super omne nomē: nec est aliud super terram, per quod salui esse possimus. nec aliud, in quo nos conueniat gloriari, qđ Pauli exemplo, cruce domini nostri Iesu Gal. Christi. Sed equidem non video, qua facie audeamus Christianos profiteri nos, quum nihil ex ijs præstemus, quæ Christus prima iussit, ac prope sola. habebant gentiles philosophi suū signū, quo agnoscetur, nuditatem pedū, sicut Nazianzenus prohibet, vilitatem vestiū: habent Iudæi circuncisionē: milites in bello sua signa, oves signatæ sunt, merces itidem. Christus nullum ne habet signum, quo <sup>Christi</sup> signum. notat suos, atq; ab alienis separat: In hoc inquit, cognoscent om̄es, qđ discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inuicem. & mox: Hoc est præceptū meum, vt diligatis inuicem. hoc est caput, hoc primū dogma. Amoris hæc est natura, vt om̄ia <sup>Amicitie</sup> lex. faciat cōmunia, iuxta prīscum verbum qđ a Pythagora & a Pythagoricis profectum cæteræ philosophorum nationes retinuerunt. nec secus qui amat, res amicū curat,

cū curat, & tractat, quam sūras ipsius. interdum quoq; accuratiū, & ardentio-  
re affectu. At in nobis vnuſquisq; suum agit negocium, nemo fratrīs. & quem admodum Paulus Corinthios obiurgans, inquit: Alius esurit: alius ebrius est. Tantum abest, vt quā habes com-  
munices fratri, vt quacunq; arte & fraude possis, quā frater possidet, ad te tra-  
has. pauperem vides nudum, ipse vesti-  
bus non indutus, sed onustus & obrutus, ac præteris. vbi iam signum illud,  
quo Christi oves censemur? At ne deū  
quidem diligit, qui hominem non dili-  
git. testificatur hoc Ioannes in epistolis  
suis: Qui habuerit substantiam huius  
mundi, & viderit fratrem suum necesse  
habere, & clauerit viscera sua ab eo,  
quomodo Charitas dei manet in eo? &  
post paululum: Si quis dixerit, quod di-  
ligit deum, & fratrem suum oderit, men-  
dax est. qui enim non diligit fratre suū,  
quem videt: deum, quem nō videt, quo-  
modo potest diligere? Ad hæc nec Chri-  
sto credit, qui ei non fidit. quid enim est  
aliud credere alicui, quā eius dictis fide-  
re, &c.

Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

re, & promissa existimare certo euentura? Atqui dominus omnibus etiam n̄s, qui de nobis pessime sunt promeriti, & nocerent, si qua possent, iussit nos benefacere, quodque difficilius est, benecupere. Ille se debitorem tibi offert pro eo, in quem beneficium contuleris. si crederes tam eximiam illum relaturū gratiam, quantam pollicetur, an non dares? qui negotiatori das decem ducatorum millia, ut cum fœnore recipias, fīsus aut verbo mortalis, aut syngrapha mali. At qui & a Christo habes syngrapham, sed nimium carne opprimimur, & spiritalia in animos nostros non penetrant circumseptos tanta mole carnis, quæ vitiorum assuefactiōne callum duxit. Nec vitam nostram deo, a quo uno & genita est, & conseruatur, credimus. Nam si Christo crederemus iubenti, ut totam curam tuendi & sustentandi nostri reiciamus in patrem, a quo sunt omnia, quique ea & pascit, & sustentat, quæ sine cura sunt, essemus usque adeo solliciti, non essemus, si Rex aliquis mortalis spopondisset. quid aliud dicam,

E 2 nisi

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

nisi sic nos log tanq̄ omnia credamus,  
sic viuere tanq̄ nihil. Necq; vero te tan-  
gít, quod summū & postremum est in re  
līgiōne, finis vitæ vel per virtutem vel  
per vitia transactæ, quā præmia vel sup-  
plicia consequunt. Peccata dicit cleemo-  
syna purgari. Reliquum inquit est, vt fa-  
ciatis misericordiā, & sunt vobis munda  
omnia. confirmauit veterum sententiā.  
Siquidem Thobias ait: Præmium enim  
bonum tibi thesaurissas in die necessita-  
tis. quoniam eleemosyna ab omni pecca-  
to & a morte liberat, & non patietur a-  
nimā ire in tenebras. & Ecclesiasticus:  
Ignem ardente extinguit aqua, & mi-  
sericordia resistit peccatis. superbissimo  
Regi Daniel consulit, vt peccata & blas-  
phemias suas misericordia, & eleemosy-  
nē pauperū redimat. concinunt his om-  
nibus Christi discipuli ex magistri scho-  
1. Pet. 4. la dicentes: Charitas operit multitudinē  
peccatorum. Centurioní illi gentili in-  
Aðo. 10. Actis apostolorū propter eleemosynas  
indicatur ab angelo iter salutis. Et quē-  
admodum ad ciuitatem aliquam dem-  
gratuiris salutare consilium est, si quos  
eius incolas officio sibi aliquo demereā-  
tur, sic

tur , sic dominus admonet atq; hortatur Luc.16.  
 nos ex mammona iniquo amicos quere= 20  
 re, qui nos mortuos recipiant in æternas  
 illas domos . & adolescenti qui de vita  
 æterna consulebat, respondit: Si vis per= Luc.15.  
 fectus esse, vade & vende omnia, quæ ha= Mat. 25.  
 bes, & da pauperibus, & habebis thesau= rum in cœlis, & veni sequere me. Iudicis  
 viuorum & mortuorum utinam nō mi= nus quisq; sententiam metueret, q; sæpe  
 audiuuit , & quam nulli non est cognita,  
 qui vel pro misericordia operibus præsti= tis beatā æternitatē remuneratur, vel p  
 tis beatā æternitatē remuneratur, vel p  
 omisis supplicio addicit. Quid dicemus  
 ad hæc omnia? An cōtingit nobis, quod  
 de Pharisæis narrat Lucas in euāgelio:  
 qui q; essent auari, irridebant præcepta  
 Christi: nec vlli sunt adhuc, quibus ēque  
 ridicula est coelestis doctrina, q; accensis  
 diuitiarū cupidine : vt ineptus est regno  
 dei diues, q; opes suas amplectit: nec sine  
 maxima cauſa Paulus apostolus solam Avaricia  
 ex peccatis oībus auariciā appellauit ser= Thim.4  
 uitutē idolorū. pecunia enim inq; quidā  
 expertentes a fide nauī tutiss. deciderūt.  
 Nullū crīmē morte ab Apostolis vindicatū est, preter auariciā Ananię, & cōiu=

E ; gis,

## LIB. I. DE SUBVENTIONE

A&s. gis, in qua Petrus potestatē illā apostolis  
cam non per tortorē & carnificē, sed effi-  
cacia vocis suæ ostēdit, & exercuit: q̄ sci-  
ret, quantum affectus ille pbis moribus,  
& pietati nostræ odium bellūq; īdixi-  
set: quod aliquando exarsurum esset ma-  
ximo detrimēto & clade religionis. Ex-  
aminet quisq; conscientiā suam, an cre-  
dat illa, quæ recēsuimus, quū his tā parū  
moueatur. at credo, ait vnuſq; ego ve-  
ro credere te audio, credere nō video. Fi-  
lioli hortatur Ioannes: ne diligamus ver-  
bo tātū, sed re, & opere. & Iacobus: Esto-  
te factores verbī, & nō auditores tantū.  
si credis, cur tātis pmissis & minis nō tā-  
geris? cur qđ assignatum tibi est munus,  
nō capessis? præsertim tātis gaudijs para-  
tis ei, q̄ fecerit; tātis cruciatib⁹, q̄ præter  
misericordia. Summa hæc est: ego neminē exi-  
stimo Christianū esse, q̄ quatenus potest,  
non subuenit fratri indigenti. Paulus &  
Barnabas quū Hierosolymā venissent,  
Iacobumq; fratrē dñi loci illius sanctissi-  
mū Episcopū, simul & Petrū & Ioannē  
cōuenissent, exposito euāgelio, qđ prædi-  
carāt in gentibus, & collaudati ab ap̄l̄s,  
sic digressi sunt, vt vtrinq; tātum de mi-  
sericordia

Gala.2.

sericordia meminissent. dextras, inquit,  
dederūt mihi, & Barnabæ societatis, vt  
nos in gentes, ipsi in circuncisionē, tantū  
vt pauperum memores essemus. de toto  
hoie curant, totum alunt, & reficiunt. toti  
student prodesse. menti per prædicationē  
& sacram doctrinā, corporibus primum  
miraculis & virtute pellēdi morbos, que  
comitabatur prædicationem, cōstantissi  
mamq; illā fidē, & adiumentis vitæ in col  
ligenda pecunia, qua indigi alerentur.  
hoc est vere Christiani & sectatoris prin  
cipis ac magistri sui, qui totum hominē  
fecit, totum sanauit, totum aluiit, mentē  
doctrina, corpus cibo, ita conuenit nos  
& animo benefacere, & corpori, quæcū  
q; facultas detur.

Q V A N T V M E T Q V O M O  
D O C V I Q V E B E N E F A  
C I E N D V M .

**C**icerō, Aristoteles, Theophrastus,  
Panætius, Possidonius, Hecaton,  
Seneca, & cæteri, qui de officijs vi  
tæ communis scripserūt leges quasdam  
statuunt, cui, quatenus, q̄tum, quando,  
quemadmodū præstādum sit vel officiū,  
E 4 vel

Offici  
vite.

L I B . I . D E S V B V N T I O N E

vel beneficium , vel referēda gratia. Sed quum humana sola persequerentur, non omnia potuerūt suis præceptis cōcludere, propterea q̄ hominū naturavariedade sua infinita est , quā formula sua diuina dominus cōprehendit, videlicet autor ilius . Dato enim charitatis præcepto erga deum & hominem, ceu normā quan-  
**Charita-**  
**tis præ-**  
**ceptum.** dam & amissim assignauit, qua vniuersa mortaliū omniū vita possit dirigi . Si quis vere & ex animo deū diligīt, & fra-  
trem propter deum , amor ille verius ei suadebit & rectius, quid agendum sit, q̄  
quicunq̄ magistri sapientiæ. Sumat q̄sq̄ in proximum affectum germane ami-  
cum, atq̄ in iuuando deū solum spectet, ab illo sperans remunerari se, nihil dico amplius. hoc vnicū documētum superat longa illorum philosophorū, quos modo  
**Benefi-**  
**ciū magni**  
**tudo.** cōmemorauī , scripta. De magnitudine  
illa Christi: Omni petēti abs te dato: vo  
**Matth. 5** lenti mutuari abs te, ne auertaris. Bene-  
facite pſequentibus vos. amate eos, qui-  
bus estis inuisi. orate pro ijs, qui vos exe-  
crantur, ac deuouent. nempe sic agēdum  
est ei , qui a rebus istis mūdi huius peni-  
tus se

tus se ad dei vnius fiduciam, & amorem sustulit. Illud vero Thobiae humanū magis: Ex substātia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuā ab villo paupere. Ita enim flet, vt nec a te auertatur facies dñi. quomodo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire. cui nō dissonat, quod in Ecclesiastico legit: Ante Cap. 14 mortem tuam benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Hi facultatem metiuntur, & sollicitudine non carent, quæ amor excludit. Sed quanto hi melius, q̄ qui ex ingenio iuuandi facultate & copia exiguum portiunculam impartiunt: vt qui ex amplissimis opibus vnam aut alterā stipem vnciariam dicamus minutam: vt hactenus fecimus voce vestrati. Qui parce, inquit Apostolus, seminat, parce & metet. & qui in benedictionibus seminat, id est largiter & plena manu, abunde etiā metet. similis est ad Galatas sentētia, quam statim referam: Ut a deo accipis, sic illi reddito. si ille affluenter dat tibi, cur tu illici retribuis tam arcte & maligne? praeceps

E s pue

LIE. I. DE SVENTIONE

pue quī nihil tibi dederit ppter te vñū,  
sicuti disseruimus. Neq; vero necessita-  
tes nostras sic conuenit metiri nos, vt lu-  
xum & diffuentiā inter necessitates po-  
namus, sicut sericis vestiri, auro & gem-  
mis fulgere, stipari magna frequētia ad-  
ministrantium, quotidie epulare oppipa-  
re, aleam animose ac largiter ludere. At  
ne quis blandiatur sibi, tanq; de multis  
copijs multa etiā egenis elargiat, admo-  
nendi sumus nō esse acceptā deo eleemo-  
synā, quæ ex sudore & substantia paupe-  
rū raptā sit a diuite: quale est enim per  
fraudē, per imposturā, per rapinā, p.vim  
expoliasse te multos, vt aliquid paucis  
aspergas: surripuisse mille, vt des centū:  
in quo putat se quidam satissacere, si ex  
magnis vel prædis vel fraudibus redi-  
mant se aliqua portiuncula, quam dent  
egenis, aut ex qua ædificant facellū, affi-  
xis suis insignibus, aut templum ornēt  
specularibus, aut quod ridiculū magis,  
auditori noxarū numerēt, vt absoluantur.  
**Luc. 19.** Cōfessio Zachæi publicani hæc est:  
Ecce domine dimidium bonorum meo-  
rum do pauperibus, & si quē defrauda-  
uerim, reddo quadruplū. Ideo sic a Chri-  
sto absol

Isto absoluīt. Salus hodie huic domui fa-  
cta est, qm & ipse filius sit Abraæ: nēpe  
qui iustitiā Abraæ non profitebat noīe,  
sed præstabat operibus. De iustis ergo &  
bene quæsitis grata est dñō eleemosyna.  
faciat qſq; quod Zachæus, vt idē audiat.

Et omnibus est beneficiendū, nam pro  
omnibus se offert Christus. ac ne nos de-  
terreat inopis indignitas, habemus di-  
gnissimū deum, qui nobis immerētibus  
prior benefecerit, is se ex creditore debi-  
torē facit, si quid das pauperi. Aristote-  
les philosophus gentilis non perinde bo-  
nus, ac doctus, quū malo homini numī  
roganti dedisset, admonētibus amicis, ac  
subobiurgātibus, quod benefecisset indi-  
gno, non, inquit, illius sum misertus, sed  
naturæ: quāto nos magis decet misereri  
pauperis propter deum? cuius misericor-  
dia si vel tēporis punctū a nobis recede-  
ret, quid esset nobis vniuersis miserabi-  
lius? Atqui hæc est dei & dominivnuer-  
sorū syngrapha. Quicquid vni ex mini-  
mis istis fecistis, mihi fecistis. Audi etiā  
hominem, si fas est hominē post deū au-  
diri, sed sapientissimus est, & dei scriba.

Itaq; Deus putabitur loqui, Fœneratur Provera  
domino, <sup>19</sup>

Benefa-  
ciendum  
omnibus.

Mat. 25.

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

domino, qui miseretur pauperis, & vicis  
 Eccle. 26 situdinē reddet ei. Quis nostrum expo-  
 stulationem illam domini sustinere pote-  
 rit: Serue nequā cur ex meo non dedisti,  
 quod ipse iuferam: quid fecisses de tuō?  
 Itaq; æterna hæc bona non habebis, in  
 quibus fidelis non es, qui in mūdi va-  
 nitate infidelis fueris. Non hæc fingo.  
 Christi verba sunt in Euangelio Lucæ:  
 Luc. 16. Qui fidelis est in minimo, & in maiore  
 fidelis est: & qui in modico iniquus est, &  
 in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo  
 māmona fideles nō fuistis, quod verum  
 est, quis credet vobis? Et si in alieno fide-  
 les non fuistis, quod vestrum est, quis da-  
 bit vobis? Sed expendendæ sunt homi-  
 nū necessitates: alij plus egēt alijs. Sunt  
 etiam quibus prestat talentum dare, quā  
 alijs minam: ut qui pecuniam in usus ho-  
 nestos expendunt. Aleatoribus aut scor-  
 tatoribus dare: quid est aliud, quam igni-  
 stupā addere: quod dicunt, non esset hoc  
 beneficium, sed damnum. Ideo Paulus  
 Cap. 6. ad Galatas sic scribit: Communicet is,  
 qui in fide instituit, ei qui instituit in  
 omnibus bonis. nolite errare, deus non  
 irridetur. Quæ enim seminauerit homo,  
 hæc &

hæc & metet. Qui seminat in carne sua,  
de carne & metet corruptionem. qui au-  
tem seminat in spiritu, de spiritu metet  
vitam æternam. Bonum autem facien-  
tes non deficiamus. tempore enim suo  
metemus non deficientes. ergo dum tē-  
pus habemus, operemur bonum ad om-  
nes, maxime autem ad domesticos fidei.  
Timotheo præcipit, vt Presbyteri, qui  
bene præsunt commisso gregi: honore,  
hoc est munere, & liberalitate duplice di-  
gni habeantur. præcipue iij, qui laborant  
verbo & doctrina. videlicet quod hi pe-  
cuniam commendatam ac veluti credi-  
tam melius dispensabunt, quam imperi-  
ti, aut nequam, aut flagitosi homines.  
Ad eundem modum probum ingenium  
fouendum, ad iuuandum, prouehēdum,  
ornandum, instruendum facundia, eru-  
ditione, autoritate, malum vero coercē-  
dum, spoliandum, exarmādum, torquē-  
dum. detrahenda ei eloquentia, & auto-  
ritas nocendi instrumenta. non ponen-  
dum ferrum in manu furentis. Sed hoc  
discrimen non quemadmodum nunc fa-  
cimus, expendendum est, vt pluris apud  
nos valeat cognatio, aut noticia, aut cō-  
munis

L I B . I . D E S V B V E N T I O N E

munis patria, familiaritas, officia, & sa-  
pientia, mores, virtus: hinc enim sumen-  
dū discrimen, nō illinc. Vere fratres sūt,  
quos peculiari quodam & sancto modo  
regenuit Christus, apud quē non est di-  
stinctio Iudæi, & Græci. Nam idē domi-  
nus oīm, diues in oēs, qui inuocāt illum.  
sed certe in hoc summa rei vertitur. refe-  
rantur omnia ad bonum illud præcipuū,  
vt tātum iuuetur quisq;, quantū ad hoc  
videbitur indigere. & cūq; demus pluri-  
mum profutura, & diu, quantū ratio vel  
necessitatis eius vel facultatum nostra-  
rū feret. Quæ nō iuuant, supuacua sunt,  
onera magis & munera: vt fœminæ aut  
seni, sicut inquit Seneca, arma venato-  
ria, rustico librī. iam quē nocent, quanto  
verius maleficia sunt, vt ebrioso vīnum  
dare, gladiū pugnaci: in quo dum puta-  
mus pdesse, vehementer lædimus. quid  
distant talia amicorū munera & hostiū  
vota? At in modo, vt ne quid ad nos refe-  
ramus, omnia in deum. Idcirco alacriter  
exequēdū, quod Thobias dixit, libēter.  
2. Cor. 9. & Paulus: Vnusquisq; det sicut destina-  
uit in corde suo nō ex tristitia, aut ex ne-  
cessitate. hilarē em datorem diligit deus.

Itaq;

Itaq; ex animo adiuuandum & benefac-  
 ciendū prōpto nascat̄ beneficiū: nō quia  
 aliud non audeas, vel negare erubescas.  
 Porro qui differt nō admodū abest a ne-  
 gāte. arguit em̄ tarditas refugisse nos, &  
 eripi magis a nobis, q̄b̄ impetrari. dādum  
 ergo cito, id est quū primū se ostendet oc-  
 casio, & maturitas vtrinq;. serū benefi-  
 ciū post opportunitatē, imo nō est benefi-  
 ciū. At vero nec anteq; sit opus, cito di-  
 citur, cito est enim anteq; vrgeat necessi-  
 tas, anteq; ad flagitiū aut facinus adege-  
 rit, anteq; rogandi rubor faciē accēderit:  
 quod est præmiū muneris maius ac gra-  
 uius, q̄b̄ pecunia, vt est gratū bñficiū, qd̄  
 rogādi necessitatē atecessit. Et hilaritas,  
 quā Paulus vult beneficētiæ admisceri,  
 prōptus est ille animi affectus in vultu,  
 verbis, & toto gestu eminēs nō ornātes  
 manus verbis, quod amēs ille amator in : <sup>21</sup>  
 comœdia seruo mādat: sed aim pferētes  
 alacrē, lætū, q̄b̄ bñfacere cōtigit. tū etiā cu-  
 pidū amplius dandi, si ita res postularet,  
 aut liceret, libertate tñ incolumi. & non  
 cōfusis volūtatū signis: vt nihilominus  
 aperias, qd̄ displiceat, qd̄ correctū velis,  
 ac mutatū. Nam admonitio & castiga-  
 tio genus

## LIB. I. DE SUBVENTIONE

tio genus est eleemosynæ , vt declarauimus , maioris q̄ pecunia erogatio . Cauē dū tñ , sic corripias , vt ne videaris id face re , q̄ moleste feras peti abs te beneficiū : aut q̄ ius illud reprehēdendi nō ex illius culpa sumperis , aut amico tuo pectore , sed autoritate beneficentia . in ualida em̄ est tūc obiurgatio . proinde cōsultius est apud eiusmodi suspicaces hoīes castigationē in aliud tempus differre , videlicet quū nihil das . Nec nobis arrogemus q̄c̄ q̄ , nā nō de nr̄is bonis imptimur , sed deo reddimus , q̄ sua sūt . qn potiushabeamus grām , q̄ vti licuit , & existimemus actū nobiscū optime , q̄ fuerit , vnde tantā con sequeremur mercedē . Nec beneficiū cor ruperimus exprobratiōe , iactātia , cōmemoratiōe , ostētatione . Deniq̄ nihil velimus datū hoīm oculis , sed dei , quominus expectarimus ab hoībus , hoc plus acce det a deo . Si ab hoībus præmium sp̄emus , diuino frustrabimur , plerūq̄ & hu mano quoq̄ . illa ergo beneficentia deo gratior , quæ solis dei oculis exhibetur , in qua nihil humanę vanitati relinq̄tur . pulchrū tēpla extruere , & ornare , q̄bus deus colatur ; sed nescio qđ vendicat sibi  
in his

in his omnibus affectus humanus , etiā  
 in viris, qui mēte sunt integerrima . nam  
 de ihs, qui vanitatem solam spectat, quid  
 attinet loqui? quanto purius & sanctius,  
 & deo acceptius , quod inter dantem &  
 recipientē consumitur: cuius testem solū  
 adhibes inuisibilem illū, qui videt omnia.  
 in his em̄ soli studies deo placere, nihil ad  
 gloriolā tuā conuertis. huius etiā certissi-  
 mū & largissimum remuneratorē habes  
 patrem illū cœlestē , a quo tu solo aspici  
 voluisti. Sed iam dominū ipsum auscul-  
 tate apud Matthēum: Attēdite ne iusti- Cap. 6.  
 tiām vestrā faciat̄ corā hominib⁹, vt  
 videamini ab eis. alioquī mercedē nō ha-  
 bebitis apud patrē vestrū, qui in cœlis  
 est. Quū ergo facis eleemosynā, noli tu-  
 ba canere ante te, sicut hypocritæ faciūt  
 in synagogis, & in vicis, vt honorificen-  
 tur ab hominib⁹. Amen dico vobis, re-  
 ceperunt mercedem suam. Te aut̄ facie-  
 te eleemosynā, nesciat sinistra tua , quid  
 faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua  
 in abscondito, & pater tuus, qui viderit  
 in abscondito, reddet tibi.

F I N I S P R I M I

L I R B I .

F Ioannis

IOANNIS LODO  
VICI VIVIS DE SVBVEN-  
TIONE PAUPERVM,  
LIBER SECUNDVS.

QVANTO PERE CONVE-  
NIAT RECTORI CL-  
VITATIS CVRARE  
PAUPERES.

magistrat<sup>us</sup> in ci-  
uitate. **H**Actenus quid vnumquēq; deceat,  
posthac qd ciuitatē publice, & eius  
rectorē, qui est in ea, quod in corpo-  
re animus, hic non vnam aut alterā cor-  
poris partē vegetat, aut viuificat, sed cor-  
pus vniuersum, sic magistratuī nihil in  
suo cōetu relinquendū est neglectū. Nā  
qui diuites solum curant, spretis paupe-  
ribus, perinde faciūt, ac si quis medicus  
non multū censeret manibus subueniē-  
dum aut pedibus, q procul absint a cor-  
de, quod vt non fieret sine graui damno  
totius hominis, sic nec in Republica te-  
nuiores negligūtur citra periculum po-  
tentium. illi em necessitate pressi partim  
furātur. Iudex indignā se putat eā cogni-  
tionem.

tionem. sed hoc leue, ditioribus inuidet.  
 fremunt atq; indignatur superesse illis,  
 vnde scurras, canes, scorta, mulas, cabal-  
 los, elephatos alant. sibi vero non esse, quod  
 dent paruis liberis esurientibus, illos su-  
 perbe ac insolenter diuinijs abutit, quas  
 sibi & similibus eripuerint. Haec voces  
 haud facile creditu, quot ciuilia per gen-  
 tes oes bella comouerint, in qbus incen-  
 sa multitudo & odio flagras primu oim  
 furoris sui experimenta in diuites edit.  
 Non aliã caussam afferebat Gracchi, non  
 aliã L. Catilina ciuilis discordie, qua ex-  
 citarat, ne quid de nr̄is temporibus vel re-  
 gionibus cōmemorē. Equidē non pigebit  
 adscribere locū quendā ex Isocratis ora-  
 tione, quae Areopagitica dicit, de mori-  
 bus ciuitatis Athenieñ. Similia, inqt, di-  
 cti sunt, quomō ipsi inter se agitabant.  
 Non em circa publica solū erat hic cōsen-  
 sus, sed in vita etiā priuata. tñ alij erga  
 alios prudētiae ostendebat, quātū par est  
 tū recte sentiētes, tū patriā habentes cō-  
 munē. Tantū aberat, vt locupletibus te-  
 nuiores iuideret, vt his non secus magnae  
 domus curē essent, ac suę ipsorum, reputan-  
 tes felicitatē illarū vtilitatī sibi eē. opulē

F 2      ti nō

L I B . II . D E S V B V N T I O N E

ti nō despiciebāt pauperes, sed cōsyderātes pudendā sibi esse ciuit̄ suorum indigentiam necessitatibus illorū subueniebant, quum his quidē agros exigua mercede colendos locarent, alios ad negotiationem procuratores suos mitterent, alijs alias occasiones præberent lucri. Neque vero metuebāt ne in alterū duorū dispēdiorū inciderent, aut censu vniuerso spoliari, aut certe parte aliqua, cōtra potius non minus ijs confidebant, quæ fuerant largiti, q̄b quæ domi asseruabāt. Tantum Isocrates. His accedit periculum ex contagio morborum cōmune, quoties vidi mus hoīem vnū magnū aliquē & fœnū morbus in ciuitatem inuexisse, vnde alij cōplures perierint: vt pestē, scabiē Gallicā & eiusmodi. quale est enim, vt in uno quoq̄ tēplo cū festū est solēne ac celebri, tum maxime penetrandū sit in ædem inter duas acies morborū, vomicarū, vlerū & cæterarū rerum vel dictu obsconarū. hæc vna sit pueris, puellis, senibus, grauidis vía. putatis omnes tam esse ferreos, vt ad eū aspectū iejuno corpore nō cōmoueantur: præsertim cū eiusmodi vlera nō mō ingerātur oculis, sed etiā naribus,

ribus, ori, & fere prætereūtiū manibus &  
corpori admoueantur. tahta est impudē  
tia efflagitādi. prætero q̄ nōnulli admis  
scent se turbæ commodū discedētes a la  
tē extincti peste. Hæc non sunt admis  
nistratoribus ciuitatū negligēda. tū quo  
subueniatur morbis: tū ne ad plures ser  
pant. Præterea nec est sapiētis magistra  
tus & studiosi publici cōmodi, relinque  
re tantam ciuitatis partem non inutile  
mō: sed pniciōsam quoq; & sibi & alijs:  
clausa enim multorū benignitate, quū  
vnde se alant nō suppetit, alijs cogunt la  
trocinia & i ciuitate & in itineribus ex  
ercere. alijs clam furant. fœminę que sunt  
etate bona, pudore abiecta, pudicitia re  
tinere non queūt, venalem vbiq; habent  
minimo, nec a pessima consuetudine pos  
sunt extrahi: Vetus contiuio lenoci  
nium arripiunt, & lenocinio coniun  
ctum beneficium. egenorum parui libe  
ri prauissime instituti: ipsi cū filijs abie  
cti ante sacras ædes, aut circunuagāntes  
petendo nec sacrī intersunt, nec concio  
nē audiunt. nec scitur, qua lege, quo ritu  
vivant: quid de fide & moribus sentiāt:  
Nam eo dilapsa est disciplina Ecclesias

F 3 stica,

**L I B . II .      D E S V B V E N T I O N E**

stica, ut nihil administretur gratis. vendendi vocabulum abominantur, certe numerare cogunt. Episcopus aut Parœcia nus tam detonsas oves non putat ad causam & pasturam suam pertinere. Ita ne amo est qui medicos illos videat confiteri, communicare cum alijs mensa domini. & quum docentem nullum vnde audiant, necesse est corruptissime de rebus iudicent, & incompositiss. sint moribus. & si forte aliqua ad opes emergunt, intollerabiles existat ob dishonestam & vilem educationem. Vnde nascuntur ea vitia, quæ dudu recensui, non tam illis imputanda, q̄ etiam interdū magistratibus, qui non aliter ciuitati p̄spiciunt, haud recte de gubernatione populi statuentes. ut qui solum se existimēt præfectos litiis pecuniae, aut criminibus censendis. Quā contra magis conueniat eos in hoc incumbere, quo pacto ciues bonos reddant, quam quemadmodum vel puniant malos : vel coerceant. quāto enim minus esset opus poenis, si recte esset prius illud curatum. Romani olim sic suis ciuibus prospexerant, vt nemini necessum foret mendicare, ac ne liceret quidem iam inde a duodecim.

decim tabulis vetitum. idem Atheniensium populus cauit. Legem dabat dominus Iudaeę gēti peculiarem, duram, præfractam, videlicet populo cōsimilis ingenio : & tamen in Deuteronomio <sup>Cap. 15.</sup> iubet, agant, dent operam, quatenus erit suarū virium : ne nullus sit inter eos indigus & mendicus, præsertim anno illo quietis, & acceptabili domino, in quo semper viuunt, quibus dominus Iesus sepultus est cum lege, ceremonijs, vetere homine, & resurrexit in nouitate vitæ, ac spiritus. Profecto turpe, ac pudendum est nobis Christianis, quibus nihil est magis imperatum, quam Charitas, ac nescio, an solum, tot in nostris ciuitatibus egenos & mendicos passim occurrere. quocunq; te vertas, inopia, necessitates adsunt, & qui extendere manum coguntur, ut accipient. Quid quod quemadmodum renouantur in ciuitate omnia, quæ temporibus aut casibus vel mutantur, vel intereunt, muri, fossæ, aggeres, riui, instituta, mores, leges ipsæ. sic par esset succurrere primæ illi distributione pecuniæ, quæ varijs modis damna accepit, excogitata sunt a viris grauissi-

F 4 mis,

mis, & qui ciuitatis saluti volebant consultum quædā salutaria: relaxatio tributorū, agrī publici tradebātur colēdi pauperibus: distributio publicitus alicuius redundātis pecuniae, quod etiam nostra ætate vidimus. Sed illis opus sunt certæ occasions, quales hoc tempore præræ contingunt, idcirco ad alia cōfigendū remedia cōmodiora, magisq; ppetua.

## COLLECTIO P A V P E R V M

## E T P R O F E S S I O .

**Q**Værat ex me aliquis, quomodo ergo tantæ multitudini subueniendū cēses! Si quid in nobis Chari tas valeret, ipsa esset nobis lex, quæ amarit nō est posita, ea faceret omnia cōia: nec secus alienas necessitates qfç spectaret, qfç proprias. Nunc nemo est, q curā suam extra domū suā pferat, iterdū nec extra cubiculū, ac ne extra seipsum quidē. Qñ multi nec parētibus, nec filijs, nec fratribus, nec vxori satis fidi sunt. Ergo reme dijs humanisvtcūq; occurrēdū, p̄cipue apud quos parū habent efficaciæ diuina. Mea quidem sententia ad hūc mōdum.

Ex pauperibus alijs vivunt in ihs, quæ vulgo hospitalia dicunt, Græce ptochotrophia,

trophia, sed notiore illo vtēdum erit. alij publice mendicāt: alij ferunt, vt possunt, domi quisq; suæ suas necessitates. Hospi talia voco, vbi ægri alūtur, & curātur, & vbi certus inopū numerus sustētatur, & vbi pueri ac puellæ educant, & vbi expo siti infantes nutriūtur, & vbi mētecapti cōtinētur, & vbi cæci degūt. hæc omnia sciāt rectores ciuitatis ad curā suā perti nere. Nemo de legibus cōditorū cauſifi cetur: in uiolatę perdurabūt. verba in his expēdenda nō sunt, sed æquitas, vt in cō tractibus bonæ fidei, & volūtas, vt in te stamentis, de qua dubiū non est, quin ea fuerit, vt in vſus q̄ fieri posset optimos, relictę a se facultates dīſtribuerentur, & dignissimo cōsumerentur loco: per quos aut quemadmodū fieret, nō tam sollici ti, q̄ vt fieret. Deinde nihil est in vrbe tā liberū, quod non subditū sit cognitioni eorum, per quos administratur Respu blica. necq; enim libertas est cōmunib; magistratib; non subjici, & parere, sed incitamentū ferocitatis, & ansalientiæ effusæ in quodcumq; animo fuerit collis hitum. nec aliquis potest eximere bona sua curæ & imperio ciuitatis, nisi simul

F s ciuitatē

Omnia  
subdun  
tur ma  
gistra -  
tibus.

**LIB. II. DE SUBVENTIONE**

civitatem exeat . quippe nec vitam possit eximere , quæ prior est , & vnicuique charior , præsertim quum quisque fortunas suas beneficio civitatis tamquam munus acquisierit , ac eiusdem ope conseruet , atque retineat .

Ergo harum omnium domorum singulas bini Senatores cum scriba aliquo visant , ac scrutentur , prouentus perscribant , atque eorum numerum , ac nomina , qui ibi sustentatur : simul qua quisque ratione illuc peruererit . Hæc omnia ad Consules & Senatum perferantur in curiam .

Qui domi paupertatem tolerat , a bis Senatoribus per singulas paroecias ipsi cum liberis annotentur , necessitatibus additis , & qua ratione vixerint antea , ad paupertatem quo casu deuoluti sint , ex vicinis facile intelligetur , quod genus hominum sint , qua vita , quibus moribus pauperis testimonium ne recipiatur a paupere , nam inuidia non vacat . De his omnibus Consules & Senatus edoceantur . Si qui in aliquem casum repente inciderint , significant per Senatorem aliquem Senatui , & de eo ex ipsius qualitate ac conditione statuatur .

Hinc ex

Hinc ex mendicis incertis domicilijs vagis, qui valent, profiteantur apud totum Senatum nomen suum, & mendicandi caussam, in aperto loco aliquo, aut area, ne illa colluuiies ingrediatur senaculum, ægri apud duos aut quatuor Senatores cum medico, ut oculis Senatus pareatur, petantur ab eis cognitores, qui de eorum vita testificantur.

Quos Senatus hisce examinandis, & exequēdis rebus præfecerit, eis assignet potestatem compellendi, coercendi, hactenus ut possint mittere in vincula, quo de ipsis, qui non paruerint, cognitio sit Senatus.

Q V A R A T I O N E E I S  
O M N I B V S P R O S P I-  
C I A T V R V I C T V S,

**A**nte omnia illud decernendum, quod dominus generi humano tanquam pro multa criminis indixit, ut unusquisque edat panem suum labore suo quæsitum. quum edere, aut ali, aut sustentari nomino, volo non solum cibum intelligi sed vestitum, tectum, ligna, candelas: denique ea omnia, quæ corporis humani victu continentur.

Ne quis

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

Ociū vi-  
tandum. Ne quis igitur inter pauperes ocio-  
sus sit, qui quidem per ætatem aut vale-  
tudinē laborare possit, Paulus Apost.ad  
2.The.3. Thessal.scribit: Nam quū essemus apud  
vos, hoc dēnūciabamus vobis , q̄ si quis  
non vult operari,nec manducet. Audiūi  
mus eñ inter vos quosdā ambulantes in  
quiete,nihil operantes, sed curiose agen-  
tes : ijs aut̄ qui eiusmodi sunt denuncia-  
mus, & obsecramus in dño Iesu Christo,  
vt cū silentio operātes suū panē mandu-  
cent . & Psalmista vtrāq̄ felicitatē & in  
vita hac & in altera pmittit ei, qui come-  
derit ex labore manuum suarū. Quocir-  
ca non patiendum est quemq̄ in ciuita-  
te ociōsum vivere,in qua tanq̄ in domo  
bene institutā vnumquemq̄ decet esse  
in officio. prisca sentētia est: homines ni-  
hil agendo discunt male agere.

Sentētia.

Valetudinis habēda ratio, & ætatis.  
sic tñ ne simulatiōe morbi aut infirmita-  
tis imponāt. quod nō fit raro. adhibebit  
medicorū iudiciū, & q̄ se fellerit puniat.

Ex mēdīcīs validīs alienigenē remit  
tēdi ad suas ciuitates. quod etiā iure Cę-  
fareo cauet, adiecto viatico. nā in huma-  
num esset egenū sine viatico in iter mit-  
tere: &

tere: & qui hoc faceret, quid aliud quam iuberet rapere? Si vero ex vicis aut oppidulis sint bello afflictis, tum reputandū, quod Paulus docet, inter baptissatos in sanguine Christi iam nec Græcum esse, nec Barbarum, nec Gallum, nec Flandrum, sed nouam creaturā, pro īndī genis habendi.

Indigenæ rogandi, an artem norint vllam. Qui nullam norunt, si ætate sunt idonei, edocendi ad quam dicent se maxime propensos, modo liceat. Sin secus, ad similem quampiam, vt cui non licetbit suere vestes, suat quas caligas nominant. Sin est prouectior, aut ingenio nimis tardo, facilior aliqua tradatur, denique ea quā nemo nō paucis diebus perdiscat, fodere, haurire aquam, baulare, monotrochon trahere, apparere magistrati, viatorem esse, aliquo proficisci cum literis aut mandatis, equos agere perpetuarios.

Qui foedis modis & per turpitudinē facultates prodegere, vt lusu, scortis, luxu, gula, alendi quidem, nam nemo est fame occidendus, cæterum ijs molestiores imperentur operæ, & victus tenuior, vt alijs

LIB. II. DE SVENTIONE

vt alijs sint exemplo, & ipsos prioris vītæ pœniteat, ne facile in eadem vītia relabātur. cohībiti etiam īnopia vīctus, & laborū duricia, non occīdendi fame, mācerandi tamen.

Hīs omnībus non deerunt officinæ, in quībus recipiantur. Qui lanificium Armenterij exēcent, īmo pleriqꝫ om̄nes opifices queruntur de raritate ac infrequentia operarum. & qui serica Brugensia contexunt, conducerent quosvis pueros tantum ad gyrandum quosdam tornuulos, quībus numerarent quotidie singulos stuferos plus minus, præter cibarium, nec possunt īuenire, qui hoc agant. nam parentes eorum aiunt plus filios domum referre ex mendicatu,

Sed publico nomine singulīs opificibus certus assignetur numerus eorum, qui per se nequeunt officinam aliquam nancisci. Si quis tantum in sua profecit arte, officinam aperiat. Tum hīs, tum etiam illis, quībus tyrones aliquos magistratus assignarit, & ea quībus publice ciuitas vtitur, quæ sunt permulta, velut īmagine, statuæ, vestes, cloace, fossæ, ædificia locent facienda, & ea, quæ hospitilibus

talibus erit opus, vt fortunæ a principio pauperibus datæ inter pauperes consumantur. idem Episcopis, Collegijs, Abbatibus consulerem. sed alias ad hos scribemus, & spero aliquando illos id sua facturos sponte, etiam si nullus moneam.

Quibus non fuerit adhuc vel de domino vel domo prospectum, ij tantisper alantur aliquo in loco de eleemosynis. sed ne cessent interea: ne per ocium discant desidiam, in eadem domo detur prandium aut coena viatoribus sanis, & viaticuli nonnihil, quantum sat erit usque ad proximam urbem, qua est illorum iter.

In hospitalibus qui validi sunt, & illic harent tanque fuci fruentes alienis surdibus, exeant, & ad opus mittantur, nisi iure aliquo illic eos manere oporteat, velut gentilicio, vt quibus hoc munus relictum est beneficio suorum maiorum: aut qui de facultatibus suis illi domui impartiti fuerint.

Tum cogatur ibi laborare, vt fructus operis sit cōis. si quod alius illic sanus & vales charitate domus & veterū sodaliū, idē sibi permitti rogauerit, fiat ei remanēdi  
copia

LIB. II. DE S V B V N T I O N E

copia eadē lege. Ex bonis olim i eiusmo  
dī v̄sus collatis nemini deliciari liceat.

mulleres  
ministræ.

Nam sunt qui ex ministris facti sunt  
domini. & mulieres delicate viuētes cul-  
tu splendido, in origine p̄ij operis ad mi-  
nistrandū ascitæ, nūnc exclusis pauperi-  
bus, aut maligne habitis superbæ domi-  
næ: adimatur hoc eis, ne ex substantia  
exilium pauperum p̄inguescant. agant,  
propter quod illuc venerunt, int̄etæ sint  
ministerio infirmorum, similes viduis il-  
lis ecclesiæ nascentis, quas tātopere lau-  
dant Apostoli. quod supererit temporis  
orent, legant, neant, texāt, occupatæ sint  
bono aliquo & honesto operi, quod etiā  
ditissimis ac nobilissimis matronis. Hie-  
Cæci. ronymus præcipit. Nec cæcos patiar o-  
ciosos vel sedere, vel obābulare. sunt per-  
multa in quibus se exerceant, alij ad lite-  
ras sunt idonei, studeāt. in nonnullis ho-  
rū progressus videmus eruditioñis haud  
poenitendos: alij ad artē musicā, cantent,  
pulsent fides, inflēt tibias, alij vertāt tor-  
nos, aut rotulas, alij trahant torcularia,  
alij agitēt folles inferrarijs officinis, ca-  
psulas, cistellas, canistella. caueolas sci-  
mus cæcos cōponere. cęcæ nent & filum  
conglo

conglomerat. nolint modo desidere, nec opus refugiant; facile in quo sint occupati, inueniēt. Segnities & socordia in causa est, cur negent se quicquam posse, non corporis vitium. infirmis quoque & senib[us] suggerantur leuia, pro etate & valetudine, que operetur. nemo tam est invalidus, cui omnino vires desint alicui rei agendae. ita fiet, ut cogitationes & praui affectus animi, q[uod] ociosis subnascuntur, occupatis & operi intentis cohibeantur.

Repurgatis eiusmodi hospitaliū sanguisugis, expensis & annuis redditibus, & praesente & numerata pecunia, convergent vires vniuersitatis hospitalis, donaria & superiuacua ornamenta iucunda pueris aut auaris magis quam prijs utilia, distrahantur.

Tunc mittantur ad vnumquodque eorum ex ægris mendicis quot satis esse videbuntur, modo ne victus tam restet eis arctus, ut vix sedet dimidiā famē, quod prouidendum in primis est ægris vel corpore vel animo. nam isti ægrescunt magis inopia alimenti. Sed deliciae absint, unde possent facile male affueri.

G      Et quia

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

Insani. Et quia de mentecaptis locus admodum  
nuit, quem nihil sit in mundo excellētius  
quā homo, nec in homine q̄ ipso mens,  
præcipua dāda est opera, vtī hæc valeat.  
summūq; hoc beneficium censendū est,  
si aliorum mentes vel ad sanitatē redu-  
xerimus, vel conseruauerimus in sanita-  
te atq; constātia. Ergo adducto ad hospī-  
tale hoīe mentis emotę, principio perspi-  
ciendū est, vtrū naturalis sit insania an  
casu aliquo cōtigerit, sit sanitatis spes an  
penitus desperata, dolendū tāto humani  
anīmī rei præstantissimæ incōmodo, &  
ante omnia sic habēdus, ne augeatur ei,  
aut alatur amētia. quod fit furiosis irri-  
sione, lacesitu, irritatione: fatuis assensu  
& cōprobatiōe eorū, que stulte seu dixe-  
rint, seu egerint, atq; incitatione vt ridi-  
cule magis desipiāt, tanq; subditis fomē-  
tis insulsitati atq; stultitiæ. Quid potest  
dici inhumanius, q; demētare aliquē, vt  
risum captes? & ludos tibi de tanto hoīs  
malo facias? Adhibeantur congrua sin-  
gulis remedia. alijs opus sunt fomēta, &  
ratio vīctus. alijs mitis tractatio & co-  
mis, vt tanq; feræ sensim māsuescat. alijs  
institutio. erunt qui cohercione & vincu-  
lis ege

**I**lis egebūt, sed ita his vtēdum, ne illi magis per hæc efferantur. omnino quoad eius fieri possit, tranquillitas in eorū annos inuehēda, vnde facile iudicium reddit, ac sanitas mentis.

**S**i non oēs inuialidos mēdicos hospitalia ceperint, constituenda domus vna aut plures, quot sufficiēt: illic includēdi, conducendus medicus, & pharmacopœia & ministri ac ministræ. sic fiet, quod a natura, & ijs qui naues fabricant, vt sordes vnum in locū cōferantur, ne reliquo noceāt corpori. proinde qui tetro aut cōtagioso tenētur morbo, seorsum cubent, & sumant cibum, ne ad alios serpat fastidium, aut infectio, vt nunq̄ sit morborum finis.

**Q**uum quis conualuerit, eodem modo habendus, quo reliqui valentes: mittendus ad opus, nisi pietate quadam militare sua alijs illic prodesse.

**E**genis, qui domi se continent, suppeditandum opus de publicis illis, aut hospitalibus. nec a ciuibus deerit. & si necessitates suas approbarint maiores, q̄ ut satis sit, quod redit ex labore, addendum quantum videbitur sufficere.

**G 2 Necessi**

LIB. II. DE SUBVENTIONE

Necessitates pauperum humane atque affabiliter quæstores examinent, nihil detur sinistris interpretationibus. ferocia ne vtantur, nisi si necessariam censuerint aduersus refractarios & detractatores publici imperij.

*Lxx.* Sanciatur hæc lex: Si quis rogarit, aut gratiam vel autoritatem suam interposuerit, quo alicui detur pecunia necessitatis nomine, ne impetret: & multa esto, quæ senatui videbitur. Tantum liceat admonere, esse, qui indigeat, reliqua præfecti eleemosynarum, aut quos Senatus assignarit, cognoscant: fiatque eleemosyna, prout flagitabit necessitas. Ne quando in posterum locupletes homines parc entes æri suo de fortunis pauperum postulent ministris, familiaribus, affinibus, necessarijs suis erogari, quod eripiatur ijs, qui maxime indiget, & incipiat gratia egestates excludere, quod in hospitalibus videmus contigisse.

**P**Veri expositi haheat hospitale, vbi  
nutriantur, quibus sunt certae ma-  
tres, eos ipsæ usq; ad sextum annū  
enutriant. postea transferantur ad publi-  
cam scholam, in qua literas, & mores  
discant, inibi alantur.

Huic scholæ præsint viri, quātū fieri  
poterit, vrbane ac ingenue educati, qui  
mores suos in rūdem scholam transfun-  
dāt. Nam pauperum filijs a nulla re est  
masus periculū, q; a vili, & sordida, & in  
ciuili educatione. in eiusmodi magistris  
accersendis, magistratus ne sumptibus  
parcant. magnam rem præstabunt ciui-  
tati, cui præsunt, exigua expensa.

Ciuilis  
educa-  
tio.

Sobrie discant viuere, sed munde, ac  
pure; & esse contenti paruo, ab omnibus  
arceantur voluptatibus. nec delicijs aut  
ingluuijs cōsuecant: neu gulæ sint man-  
cipati, cui quā deest, quod ex libito sup-  
peditetur, discusso pudore omni, mendic-  
ant, quod videmus a quibusdam fieri,  
simul primum deest vel sinapis, aut quid  
simile.

Nec solum discant legere, & scribe-  
re, sed imprimis pietatē Christianā, & re-

G 3 cas

## LIB II. DE SUBVENTIONE

ctas opiniones de rebus.

**Pueri.** Idem dictum sit mihi de puellarum schola, in qua tradantur prima literarum rudimenta. & si qua est literis idonea & dedita, sinatur aliquanto progressi longius, modo spectent omnia ad meliores mores. discant rectas opiniones, & pietatem: tum nere, suere, texere, acu pin gere, peritiam culinæ, & rei familiaris, modestiam, sobrietatem, comitatem, pudorem, & primum omnium tueri castitatem, persuasæ hoc esse unicum foeminarum bonum.

Postea ex pueris aptissimi quicq; ad literas retineantur in schola futuri aliorū magistri, & seminarium deinceps Sacerdotum: reliqui transeant ad opificia, ut cuiusc; fuerit animi pronitas.

## CENSORES ET CENSURA.

**C**Reentur ex Senatu per singulos annos Censores bini grauissimi viri, & probitate spectatissima, qui in vitam & mores pauperū inquirant, puerorum, iuuenū, senum, pueri quid agat, quid proficiat, quibus sint moribus, qua indole,

**I**ndole, qua spe, & si qui peccēt, quorum culpa: omnia corrigantur.

Iuuenes & senes an iuxta leges de se latae viuant, in vetulas accuratissime inquirāt, primarias artifices lenocinij & veneficij. Quā oēs parce & sobrie vitam degant. Castigentur, qui ludos aleatorios, qui vinarias aut ceruisiarias tabernas frequētant, si nō proſit vna atq; altera obiurgatio, animaduertatur in eos.

Poenæ statuendæ, vt in vna quaq; ciuitate viſum fuerit ijs, qui in ea plurimū pollent prudentia. non enim eadem omnibus locis aut temporibus congruūt, & alij alijs magis mouentur.

Diligenter cauēdum a fraude hominum ociosorum & segnium ne fallant.

Vellem etiam vt ijdem Censores de iuuentute & filijs diuitium cognosceret. esſet hoc ciuitati utileſſimum, si cogerent eos rationem Magistratibus tanq; patribus reddere, quemadmodū, quibus artibus, atq; occupationibus tēpus dīpēſent. maior esſet eleemosyna hæc quam multa florennorū millia egenis erogare. Erat hoc olīm Censoria dignitate apud Romanos, & Areopagitica apud

Censores  
iuuentu-  
tis.

G 4 Athenien

LIS. II. DE S V B V E N T I O N E

Atheniēses , prouisum: sed obsolecentē  
integritate veterū morum , a Iustiniano  
Cæfare renouatum est in collatione de  
Quæstore , qua iubetur , vt de omnibus  
tam sacrīs , quam profanis personis , qua-  
cunque conditione , & fortuna inquirat-  
ur , qui sint , vnde venerint , qua de cau-  
sa . Eadem lex neminem patitur ocio-  
sum degere .

DE PECVNIA Q VAE HIS  
SYMPTIBVS SVF  
ICIAT.

**B**Elle quidem tu hæc , dicet aliquis ,  
sed vnde facultates ad ea omnia : ego  
vero , tantum abest , vt defuturas cre-  
dam , vt etiam superfuturas liquido vi-  
deam , non modo vt quotidianis illis ne-  
cessitatibus , sed etiā extraordinarijs sub-  
ueniri queat : cuiusmodi passim in singu-  
lis ciuitatibus permultæ accidunt .

Ecclesiæ  
pecunia.  
Olim quidem quium adhuc ferueret  
sanguis Christi , omnes proiecibāt opes  
suas ad pedes Apostolorū , vt ipsi iuxta  
necessitates vniuersitatisq; distribuerent .  
eam curam deinceps repudiarunt Apo-  
stoli , tanquam se indignam : quippe de-  
cebat magis eos cōcionari , docere Euani-  
gelium ,

gelium, q̄ram pecunij vel corrogandis  
vel erogandis occupati. Itaq; id munus  
diaconis mandatum, ne isti quidem reti-  
nuerunt diu. tātum erat studiū docen-  
dī, euhendi pietatē, properandi ad æter-  
na illa bona per pulchrā mortem. Itaq;  
de collectitia pecunia prophani ex Chri-  
stianismo egenis suppeditabant quod  
cuiq; erat opus. Gliscente vero Christia-  
no populo multis admissis non admodū  
probis, coptum est ab aliquibus admini-  
strari negociū haud bona fide: Episco-  
pi & Sacerdotes Charitate pauperum  
opes illas ad subleuандos inopes colla-  
tas iterū in suam curam receperunt. Ni-  
hil enim eo tempore nō credebatur Epi-  
scopis viris probitatis ac fidei explora-  
tæ & percognitæ. Quam rem Ioannes  
Chrysostomus quodā loco refert. Post-  
modum refrixit magis ac magis feruor  
ille cruoris Christi, & spiritus domini  
comunicatus est paucioribus, coepit Ec-  
clesia mundum æmulari: & cum eo pom-  
pa, fastu, luxu, certare. Iam Hieronymus  
conqueritur, præsides prouinciarum lau-  
tius in monasterio coenare, quam in pa-  
latio, adeos sumptus opus erat grādi pe-

In Act.  
Aposto-  
lorum.

G 5 cunia.

**LIB. II. DE SUBVENTIONE**

cunia. Ita quod pauperum fuerat, in remi & facultates suas Episcopi & Presbyteri verterunt. Utinam tangeret eos spiritus dei, & ad memoriam reducerent, unde habent, a quibus data, qua mente, & recordarentur, se ex substantia impotentium potentes esse. Eorum munus est docere, consolari, corriger, quantu[m] ad animos, tum corpora sanare. quod facerent si tam Christo fiderent, & volunt alios fidere ad sua comoda. Sed hoc communione est malum, vnu[s]quisq[ue] nostrum beatitatis, quam ipse non praestat, seuerus est ab alio exactor. Egenis de suo etiam minimo succurrere, Pauli exemplo, in summa perfectissimum esse in Charitate ut omnia omnibus fiat, nec humilitate despiciat, quin ad eam se demittat, ut proficit, nec altitudini cedat per verbū Christi, ut ædificet. Hi, & Abbates, & alij ecclesiastici praefecti, si vellent maximam egenoru[m] partē subleuarent magnitudine prouentuum. Si nolunt, Christus erit vindicta. vitandus semper tumultus, & cuius discordiam, aius malum, quam sit pauperum pecunias detineri. nec enim ylla quamlibet ingēs pecunia debet esse Christia

Christianis tanti, vt propter illam arma  
induantur. omnino seruendum est pu-  
blicæ trāquillitatī, quam Christus præ-  
cepit: & Paulus magistrū secutus. Nec <sup>1. timo. 1.</sup>  
pauperes id debent optare, vt tumultus  
in ciuitatevllus existat, quo sit ipsis pro-  
spectum, quum eos deceat esse mortuos  
seculo, incubentes noctes & dies in co-  
gitationem finis peregrinationis huius  
ad portum & patriam illam in qua au-  
diant: Lazarus recepit mala in vita sua,  
<sup>Luc. 16.</sup> ideo nunc recreatur & reficitur.

Ergo prouentus hospitalium annui  
redigantur ad summam, nec dubium,  
quín attributo opere, quod agant, qui  
bus adsint vires, non solum eis, qui in  
hospitalibus vivunt, reditus sufficient,  
sed etiam impartiri ex eis poterit ex-  
ternis. Nam opes hospitalium in uno  
quoque oppido dicuntur mihi esse tan-  
tæ, vt si recte dispensentur, abunde sit  
subueniendis omnibus ciuium necessi-  
tatibus & ordinarijs, & subitis, ac ex-  
traordinarijs.

Hospitalia dītia tenuioribus īpartiāt  
de superfluo suo. q̄ si nec tenuiora indi-  
geāt, den̄ supuacua illa egenis occultis.

Nec solū

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

Nec solum Charitas Christi sic per vniuersam sese ciuitatem diffundat, vt totā Charitas omnia cōpletur. eā velut domum quādam efficiat cōcordem, & bene inter se consentientem, ac vnumquemq; omnibus amicū, sed etiā foras exeat, & totum Christianum orbē complectatur: fiatq; quod inter Apostolos fuisse legimus: Multitudinī credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisq; eorum, quæ possidebat, aliqd suū esse dicebat. Verum erant illis oīa cōmunitia, nec quisq; egēs erat inter illos. Itaq; & hospitalia locupletia & viri opulentia, quum iam in suis ciuitatibus deessent, cum quibus copias suas communicaret, æquum esset, vt ad vicinas, etiam lōgines quas mitterent, vbi indigētiæ essent maiores. hoc est vere Christianis faciendū.

Hospitalibus singulis bini suffragijs Senatus assignentur curatores viri respectati, & in qbus multū valeat respectus dei, hi quotānis rationē reddāt Senatui administrationis suæ. si placeat fides, cōtinuet eis munus: sīn aliter, creent noui.

Tū vnuſquisq; moriēs aliquid pro facultatibus solet legare pauperibus, exhortandus est, vt pompe funeris iubear detrahi,

detrahi, quod egenis pro sit. hoc gratius apud dominū funus, nec ad homines in gloriū. sed migraturis e vita nulla debet esse gloriæ cura, vel laudis, nisi a deo.

Et in funere visceratio præbetur, & distribuitur panis, addita pecunia, aut alijs rebus per tessera, quā quidē cōuenit esse liberam in primis exequijs, & post annū vertentem ijs q̄ res defuncti curāt.

Deinceps ecclesiæ relicta cognoscant præfecti eleemosynis quēadmodū distri buatur: ne illis detur, qui minime e gent.

Si hæc omnia non sufficiunt, propo nātur arcu læ in tribus aut quatuor præcipuis templis oppidi, & in quibus sit maxima frequentia, in quas quisq; quantum suaserit deuotio, iniiciat. enmo erit, qui non malit decē stuferos illic colloca re, quam in mendicis cīctū agantibus minutas duas. sed nec singulis hebdomadibus proponātur arcu læ, nisi quum indigentia compellat.

Hīsc arcu līs præsint binī honesti ac probi viri, non tam diuītes, quam quod in eiusmodi muneribus ante omnia spe cītandum est, animo minime rapaci, vel sordido, electi a Senatu.

Præfides  
eleemosy  
na.

Nec

## LIB. II. DE SVENTIONE

Nec colligatur, quantum poterit: sed quātum sufficiet in singulas hebdomades, ad summum plus paulo, ne illi assuefcant grandem pecuniā tractare, ne idem eis contingat, quod quibusdam ex ijs, quibus demandatur cura hospitaliū. quid hic fiat nescio, nec scrutor studijs meis intētus. Sed in Hispania fando de maioribus natu audiebam, esse multos, qui censibus hospitalium domos suas in immēsum auxiſſent, dum se ac suos pro pauperibus alerent, ædes suas frequētes familia facerent, hospitalia pauperibus infrequeſtia: hęc ex opportunitate promiptae pecuniæ tam numerosa.

Reditus  
non emē-  
di.

Quocirca nec reditus posthac emanatur pauperibus. nam hoc prætextu pecunia apud rectores hospitalis detinetur. & interea dū rediti colligitur pecunia, dū asseruatur, quoad emere liceat, paup fame & miseria contabescit, ac perit.

Quod si magnus pecuniæ numerus apud eos sit, qui eleemosynis publicitus præſunt, detrahatur vt paulo ante dixi, quod & mittatur ingentioribus locis. Nam īgens pecuniæ vis ita cupiditatem sui auget, vt eam tractantes ægrius ferant

ferat quicquam ex illa impartiri , quam de modica summa. Necessaria vero assērPeccunia  
uetur penes Senatum iureiurando & di  
ris atqe imprecationibus consecrata , ne in alium usum vertatur , & expendatur ad primam occasionem , ne mos sit quicquam habere diu reconditu. Nunquam enim deerunt qui indigeant , iuxta prædicatione domini : Pauperes semper habebitis vobiscum.

Prouidendu ne aliquado Sacerdotes obtentu pietatis , & missarum vertat pecuniam in rem suam . satis est eis prospicuum , non egent pluribus.

Si nō suffecerint aliqui eleemosynæ , adeat locupletes viri , & rogenf , vt adiuet pauperes , quos sic deus commendavit , vt salte mutuent , quod sit opus . idqe eis postea , si ita velint , abundante magis eleemosyna , bona fide repræsentetur.

Tum ciuitas ipsa detrahat aliquid publicis sumptibus , velut solemnibus epulis , xenijs , lautitijs , congiarijs , annuis ludis , & pompis , quæ omnia ad voluptatem , aut superbiam , aut ambitionem faciunt . Nec dubito , quin Princeps æquo aio seu verius læto acciperet minore

## L I B . II . D E S V B V N T I O N E

minore apparatu excipi se , modo sciret ,  
quos in v̄sus expenderetur ea pecunia ,  
quæ profundi in eius aduentum sit mo-  
ris . Quod si non boni consuleret , profe-  
cto pueriliter esset ac stulte ambitiosus  
vel ineptus . Sin vero ciuitas hoc nolit fa-  
cere , certe mutuet , quod postmodum re-  
cipiat maiore eleemosynarum prouētu .  
omnino eleemosyna libera sit , quēadmo-  
<sup>2. Cor. 9</sup>dū Paulus inquit : Vnusquisq; sicut de-  
stinauit in corde suo non ex tristitia aut  
ex necessitate . nemo enim cogendus est  
benefacere . alioqui hoc nomen perit .

<sup>Deo soli</sup>  
<sup>aderit.</sup> Hæc omnia indubie etiam redundabunt . Verū in tam pio negocio , non sunt  
humanæ vires expendendæ , sed solum  
diuinis confidendum . aderit dei beni-  
gnitas sanctis conatibus . hæc mutuplica-  
bit , & diuitibus ea , ex quib; eleemosy-  
nas largiuntur , & pauperibus , eleemosy-  
nas verecunde petitas , pie acceptas , so-  
brie distributas . omnibus enim prospicit  
dñs , cuius est terra & plenitudo eius . ille  
abundāter creat omnia ad v̄sus nostros ;  
tantum a nobis reposcit promptā & ve-  
ram volūtatem , & affectum pro tam im-  
mensis beneficj gratum .

Exemplis

Exemplis declaratū hoībus est cōplū  
rimis, cōceptum esse a quibusdam sanctū  
opus cum nōnulla eorū sollicitudine ac  
etiam desperatione, nō suffecturas facul  
tates viresq; quāe in id essent pūisa. Sed  
opere pcedente, ita rē esse auctā, vt ijdē  
illī q negocio prefuisserent, cogerētur ad  
mirari, per quosnā occultos meatus in  
crementa illa essent submissa? Experi  
mentum vnum pro innumeris ex vestra  
pauperū puerorum schola, recordamini,  
quam annos abhinc decem ijs inītijs in  
choaueratis, vt duodeuiginti duntaxat  
pueri illīc sustentarentur. & subuereba  
mini, ne nō suppeteret, vnde possetis in  
stitutum hoc retinere, nunc centū plus  
minus sustentant̄ affluentibus facultati  
bus, vt supersint etiam pluribus alendis.  
& quū extraordinarij superueniunt, nō  
desit, quod edant. Scilicet largitate Dei  
vniuersa sustentantur, aluntur, viviunt,  
cōsistūt, nō opibus, nō ope propria, nō cō  
silijs hūanis. Quocirca in pijs rebus ag  
grediēdis nefas est cōsyderare qd possis,  
sed quantum fidas ei, qui potest omnia.

Pauperes ipsi, qui non laborant, di  
scant non multa habere in longū tēpus

H pūisa,

LIB. II. DE S V B V E N T I O N E

proviſa, vnde crēscit ſecuritas, minuitur  
erga deum fiducia, non humanis p̄fis-  
dijs fidant; ſed Chriſto ſolo, qui adhorta-  
tus eſt nos, vt curam alendi noſtri ad ſe  
Matt. 6. & patrem ſuum remittamus, qui ea pa-  
ſcit ac veſtit, quæ nec ferunt, nec metūt,  
neq; texunt, neq; nent. Agant velut an-  
gelicam quandam vitam intentiō preci-  
bus, pro ſe p̄imūt, hinc pro ſalute eorum,  
a quib; fuerint adiuti, vt dominus Ie-  
ſus dignetur eis retribuere centuplum  
illud in illis ſempiternis bonis.

D E I I S, Q VI V E L S V B I T A  
A L I Q V A V E L O C C V L  
T A N E C E S S I T A T E  
V R G E N T V R.

**N**Ec ſuccurrendū mō pauperibus, q̄  
ijs carent, quæ in diem ad vitā p̄ti-  
nent, ſed illis etiā, q̄bus ſubitus ali-  
q̄s caſus ingruit, velut captiuitas in bel-  
lo, carcer ob debita, incendiū, naufragiū,  
eluuies, multa morborum' genera: deniq;  
innumera fortuita, quę honestas affligit  
domos. hiſ accedunt puellę tenues, quias  
ſæpenumero inopia ad abutēdum pudo-  
re adigit.

re adigit. Enim uero ferendum nō est in ciuitate non dicam Christiana, sed nec gētilicia, modo humano vivatur more, quum alijs ita diffluant opibus, vt alij. quot aureorum millia in sepulchrum, aut turrīm, aut vanum ædificium, aut epulum, aut munus publicum effundāt, propter quinquaginta aut centum florennos periclitari pudicitiam virginis, salutem & vitam honesti hominis, virum cogi deserere vxorem & paruos liberos. Tum & captiuū redimendi, quod etiam inter præclara beneficia a veteribus Philosophis numeratum est. vt Ari stotele, Cicerone, ac alijs. Sed prima habenda eorum ratio, qui duram seruitutem apud hostes perferunt, quales sunt Christiani in potestate Agarenorum, qui quotidie de defectione a fide periclitantur. hinc negotiatorum, & qui insermes peruererunt in manus hostium. armatis enim vltima debetur miseratio. qui alijs causa sunt tot malorum. ex clausiscarcere primi sint illi, qui casu magis, quam sua culpa deuenerūt in paupertatem, vt soluendo non sint. hinc qui diutine detenti sunt in custodia.

H 2 Eius

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

Eius vero qui aliquādo felix fuerit,  
nec turpi sua culpa factus sit miser, vehe  
mēter miserendū, siue admonitu cōmu-  
nis fortis, & tanq̄ exempli cūjusdā alio-  
rum, siue q̄ is duriorē experitur miseriā,  
cui aliquis remanet felicitatis sensus.

Nec expectādum, dum ingenue edu-  
cati necessitates suas exponant: diligen-  
ter sunt subodorādæ, & eis clam succur-  
rendum. quod quum alios permultos fe-  
cisse memoriae proditum est, tum Arce-  
silaum, qui puluino dormientis amici,  
& pauperis, & ægri, & vtrūq; præ vere-  
cundia dissimulantis, grādem auri sum-  
mam supposuit, vt experrectus inueni-  
ret, quo iuuaretur, sine damno verecun-  
diæ. videlicet prouidendum est, ne pudic-  
ce ac liberaliter iūstituti, dum beneficio  
iuuantur, suffundantur pudore, qui illis  
esse grauior solet, quam beneficium vel  
vtile vel gratum.

Iudem illis quibus paroeciārum curā  
delegauimus, occultas istas necessitates  
inuestihabunt: & ad Senatum ac locu-  
pletes homines perferent tacitis nomi-  
nibus, quousq; subuenietur. nam præsta-  
bit illis ipsis indigentibus coram bene-  
fieri.

fieri: tum vt sciant , quibus sint habituri  
gratiam , nec vlla sit vtrincz suspicio tā-  
quam iij per quos sit datū, aliquid de mu-  
nere interuerterint. Nisi tanta sit egeni  
dignitas , vt in illud pudoris discrimin  
adduci non debeat.

Ergo subiicit quispiam si his quoqz  
succurrendum , nullus erit finis dandi.  
Ecquid potest cogitari beatius , qz nullū  
esse benefaciendi modum? rem atrocem  
dixisti. putabam te conquesturum, defu-  
turos aliquando , in quos sis misericors.  
debes quidem optare aliorum caussa, ne  
quis sit, qui aliena ope indigeat, sed tua,  
vt nunqz desit tibi materia tanti lucri,  
quo æterna pro perituris , & ijs quæ va-  
rijs sunt casibus obnoxia, commutes.

Hæc quidem videntur mihi hac oc-  
casione rerum facienda . fortassis non ex-  
pediet omnia sic vt a nobis præscripta  
sunt, in quaqz ciuitate, & omni tempore  
seruari. id prudentes ex unoquoqz popu-  
lo viderint, & suæ ciuitati pietate patriæ  
recte cōsulant. finem certe, & mētem, &  
scopum eundem præstitui, credo, qz sem-  
per & omni loco expediet ac oportebit.  
Quod si non omnia eodem cōducet agi

H 3 tempo

LIB II. DE SUB VENTIONE

tempore, quod recepta consuetudo for-  
tassis nouationi obstabit, licebit uti arte,  
& initio faciliora induci, deinceps sen-  
sim, quæ difficiliora existimabuntur.

DE IIS, QVI NOVAS HAS  
CONSTITVTIONES  
IMPROBABVNT.

**E**t quis virtus ipsa pulcherrima sit  
Ex se se, atque expertenda, habet tamē  
nō paucos hostes, qui specie ac pbi-  
tate illius vehemēter offendūtur, tum qu  
moribus ac delicijs ipsorū aspera & in-  
fensa est. sic mundus pugnauit semper &  
Ioan.15. pugnabit cū lege Christi, cuius fulgorē  
tenebræ illæ & vitiosi oculi ferre ac ppe-  
ti non possunt. Ita in proposito negocio,  
etsi, quēadmodū quiuis mō non iniquus  
censor, facile iudicabit, eo spectent om-  
nia, vt subueniatur necessitatibus hoīm,  
subleuentur miseri, tamē in tanta huma-  
nitate ac beneficentia, non deerunt, qui  
vel calūnientur aliquid, vel certe mole-  
ste ferant. Quidā em quum nihil audīūt  
aliud, qup tolli pauperes, existimant pelli  
eos, clamant inhumanū factum, miseros  
homines

homines sic ejici. quasi vero nos expellamus , aut id agamus , vt sint miseriores. nō hec nostra est mens , sed vt eximātur e miseria , e luctu & calamitate illa sua perpetua, vt habeantur p hominibus, & digni sint misericordia. Sunt qui volūt Theologi videri, idcirco aliquid ex Euā gelio adducūt. nihil interest quā ad rem, prædixisse Christū dominū & Deū nostrum: Pauperes semper habebitis vobis= Matt. 16  
cum. quid iam: nū non etiā prædixit fu= Matt. 18.  
tura scandalorum & Paulus fore hæreses: ne subueniamus igit̄ pauperibus, nec offendicula vitemus , nec resistamus hæresibus, ne illi mentiti videantur: dī meliora. Non prædixit Christus pauperes semper nobiscum futuros , quod id ipse vellet, nec scandalum euentura, quod ei placeat. Quippe nihil commendauit nobis accuratius , ἢ auxilium inopū. & illum execratur , qui offensioni caussam præbuerit. Sed & imbecillitatem nostrā nouerat, qua ad paupertatem deuoluimur: & maliciam, qua non statim lapsum erigimus : sed iacere & contabescere patimur , idcirco pauperes semper nos habituros prænunciat . eadem caussa de

H 4      offensio

Pauper  
quis.

offensionibus, & de hæresibus Paulus, quas ex corrupta hominum natura mul-  
tisq; contemerata vitijs nascituras scie-  
bat: & tamen eundū obuiam voluit, quū  
exorírentur, vt ad Titum: Potēs sit Epis-  
copus doctrina sana, & eos qui contra-  
dicunt arguere. Ergo istis prædictioni-  
bus nō sic iubet nos Christus agere, sed  
videt acturos. Ita & hæc nostra consilia  
non tollunt pauperes, sed subleuant; non  
impediūt, quo minus aliquis sit pauper,  
sed ne diu sit, porrecta illico manu, vt af-  
surgat. Velle in totum efficere posse-  
mus, ne vlli essent in hac ciuitate paupe-  
res, nō metuerem periculum, ne falsum  
Christus dixisse putaretur, essent abun-  
de multi in alijs. Nec solū pauperes sunt  
qui carent pecunia, sed quicunq; vel vi-  
ribus corporis, vel sanitate, vel ingenio,  
& iudicio, sicut a nobis initio operis ex-  
pli-  
catum est. Adde quod nec minus di-  
cendus est pauper etiam pecunia, cui vel  
in hospitali vel in casula sua tenuis yi-  
ctus suggeritur, non ipsius vel industria  
vel opere quæsitus, sed alieno prorsum  
beneficio. Jam vero vtri faciunt inhuma-  
nius, qui pauperes in illis suis fôrdibus,  
squalore,

squalore, vitijs, flagitijs, impudentia, impudicitia, ignorantia, dementia, calamitate, miseria volunt cōputrescere, an qui viam excogitant, quia eos illinc ereptos ad ciuiliorē, & puriorem, & sapientiōrem vitā traducāt, cū tanto lucro tot hominum inutiliū ac perditorū? Itaq; agimus nos, sicut ars medica, quæ non adiūtit morbos hominū generi, sed quoad eius fieri potest, sanat. Utinam lex Christi in animis & pectoribus nostris valeat: utiq; efficacior esset, quam medicinæ cognitio. perficeret hæc, nevlli essent inter nos pauperes: sicut nec fuerūt nascente Ecclesia, quemadmodū narratur a Luca in actis Apostolorum: nec essent scandala, nec hæreses. sed quia prægrauabūt nostra scelera, & homines non tam corde & actionibusvitæ Christianū nomen profitebuntur, q; ore: idcirco nunq; pauperes, offensiones, hæreses deerūt. Erunt fortasse nonnulli, cuiusmodi in publicis consilij esse solent, qui quo habeātur sapientiores, magnamq; ex ea opinione autoritatem sibi concilient, nihil probant, nisi quod a se sit profectū. H̄i male profecto sentiunt nō solum de hominib; sed

H̄i . etiam

## L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

etiam de Deo ipso , qui vel credunt , vel  
alij volunt esse persuasum illum in alij  
suis partibus effœtum , in ipsis effudisse  
vires omnes ingenij , iudicij , prudentiae  
**Cap. 12.** eiusmodi Job irridens , inquit : Ergo vos  
estis soli homines : & vobiscum morietur  
sapientia ? Evidem haud abnuerim  
esse aliquos , qui tantum ingenio & dexteritate  
atque acrimonia quadam iudicij va-  
lent , ut cogitando & meditando extun-  
dant , quæ fere nullus alijs : sed propter  
ea existimare optimum , quod ex te na-  
tum , id vero hominis est nimium arro-  
gantis , etiam sicut Terentius dicit , im-  
periti : Qui nihil nisi quod ipse faciat , res-  
cite factum iudicet . Sed duo genera ho-  
minum existimò habituros nos infensissi-  
ma : alterum ex his ipsis , ad quos vniuer-  
sus benignitatis huius fructus peruentu-  
rus est : alterum eorum , qui administra-  
tione pecuniarum submouentur . Sunt  
enim qui consuefacti sordibus & obsec-  
na illa sua miseria educi se ex ea ferant  
ægerrime detenti dulcedine quadam iner-  
tis desidia , dum agere , laborare , industrios  
& frugales esse grauius morte dicunt .  
O dura in his conditio benefaciendi ,  
quium

quum hominum flagitia beneficium in iniuriam conuertant. Quid odiosius , & beneficium superbe accipere tamquam si laedaris , & damnū interpretari? hoc vi- tium simillimum est illi Iudæorū, qui au- torem vitæ quod benefaceret, iuuaret, sani- tate, salutem, lucē afferret, persecuti sunt morte & ignominia affecerunt pro effu- sis. beneficentia in omnes, quotquot uti vellent. sed ut illi supbia, arrogantia, am- bitione, avaricia immersi contumeliā ar- bitrabantur ab his tam saeuis dñis libe- rari: sic isti sordibus, pædore, impudētia, desidia, flagitijs obruti in seruitutem se pertrahi existimant, si in meliore condic- tionē euehantur. Verū Christum ipsum æmulabimur, quē a benefaciendo ingra- titudo eorum non deterruit, qui accipiē- bant utilitates. nec consyderādum, quid velit q̄s accipere, sed qd debeat: nō quid ipsi placeat, sed quid expediat. agnoscēt beneficium , quum redierit melior mēs. Tunc dicēt : Senatus Brugensis nos ser- uauit inuitos . quibus si indulgeatis, & obsecundetis eorum desiderij , si quan- do vel ad temporis punctum oculos ac- mentē recipiant, dicēt indubie : Senatus nos aman-

Leges  
utiles.

Mores.

nos amando occidit, quod de patre q̄ri-  
tur vñusquisq; filius nímis indulgenter  
habitūs, tum oderūt eos, a quib; in pni-  
ciem suam adiuti sunt. Sed ne sit ita, fa-  
ciamus quod prudentes medici in furen-  
tes ægros, quod sapientes patres in pra-  
uos liberos, vt cōmoda illorum adiuue-  
mus repugnantium & reclamantium.  
Denique rectoris Reipublicæ officium  
est, sollicitum non esse quid vnius aut al-  
ter aut certe pauci de legib; & admini-  
stratione sentiant, modo totius ciuitatis  
corpori in commune sit consultum. Le-  
ges enim etiam malis utiles sunt, vel vt  
corrīgantur, vel ne diu malefacent. At  
vero qui pecunias pauperum tractabāt,  
eripi sibi id munus moleste ferent. ver-  
ba grādia, quæ augendæ atrocitatis caus-  
sa conquiruntur, hæc & eiusmodi, esse so-  
lent. Non esse attingenda tot annorum  
approbatione confirmata, periculosem  
esse mores nouari, statuta conditorum  
non mutanda, ruitura protinus omnia.  
Quibus nos opponemus primum quæ  
prauī mores confirmarunt, cur non in-  
firment boni? In illam porro disputatiō-  
nem descendere non audebunt, vtrum  
præstet,

præstet, quod nos conamur inducere, an  
 quod ipsi retinere? Iam si nihil est muta-  
 dum, cur ipsi primos a conditoribus reli-  
 ctos mores paulatim adeo immutarunt,  
 vt hos pugnare cū illis appareat? Euol-  
 uantur acta, interrogetur senum memo-  
 ria, reperietur quantum hæc administrā-  
 di ratio ab illo distet, quæ erat nouo ope-  
 re, viuente adhuc conditore, aut paulum  
 ante vita functo. Nos hic eos tenemus  
 medios. Nolumus mutari primam insti-  
 tutionem, non patimur institutoris vo-  
 luntatem irritam fieri, quæ in testamen-  
 to omni prima, imo sola spectatur. De  
 prima constitutione constat ex actis &  
 memoria multorum. At de voluntate,  
 quis non videt viros illos pecunias &  
 annuos redditus legasse, quibus non ex-  
 plorētur diuites, sed sustētarentur paupe-  
 res, oraturi pro anima defuncti, vt a pec-  
 catis vīte soluta & pura in sedes illas cō-  
 lestes a deo recipiatur? Quid si multum  
 isti in contrarium tendant, nimirum ma-  
 nifesti fient, suam se rem atq; vtilitatem  
 tueri, non pauperum, quum nos paupe-  
 rum curam suscepérimus, & tamen ipsi  
 aduersantur, quid tandem spectant? si se,  
 auariciæ

auariciæ conuincuntur, & declarant sibi illa administrasse, non pauperibus. Nec auaricia hæc turpis tantum est, sed perniciosa & detestanda. Nam quum eripere aliquid diuini criminis sit, quantū nefas iudicabit pauperi subtrahere: in furto enim diuini aufertur pecunia, pauperi vita. si respiciunt pauperes, Senatus vult illis pœnalius subueniri, an eorum interest per quos fiat, modo fiat: & quidem rectissime. sicut de Senatu fidei iam olim pspectu confidendum est. Prædicetur Christus, inquit Paulus: quo modo, mea nihil refert, prædicetur modo. At per se id vellent fieri, si Deum intuentur, voluntate satissa ciunt: si hoies, ambitio deprehensa est. an etiam queri audebunt, q[uod] vos eorum vel ambitionis vel auariciæ ministros vos ipsos non præbetis: aut tacite non obsequimini? Prætereo cætera, quæ hoc loco possent dici, si quis eorum per tot annos administrationem excuteret. sed camari nam hanc non attingam, nec agitabo coenum istud. Neq[ue] vero exiguum illis erit decus non restituisse, non mordicus retinuisse creditam & depositam apud se pecuniam, fauisse miserorū negocio, & se adiunxisse

funxisse consensui ciuitatis , & tam esse  
amicos publici decoris, vt illud suū quo-  
que priuatum esse ducant.

NIHIL DEBERE OBSISTERE,  
QVO MINVS HAEC QVAE  
DIXIMVS, FIAN T.

**M**ulta sunt a gētilibus in omni ge-  
nere virtutis quum dicta præcla-  
re, tum facta grauiter & cū digni-  
tate: sed nihil tam constanter, tā fortiter,  
tam imitatione dignum, q̄d quū sic visce-  
ribus eorū patriæ pietas, & in ciues suos Patriæ  
charitas affixa hæreret, vt rumores, ini- chari-  
quas interpretationes, maledicta, cōui- tas.  
cia suorum æquis animis exciperent ac  
perferrent, nec propter illa vel pilo dimo-  
uerentur a suscepto consilio patriæ iuuā-  
dæ, quum ea consilia ipsi reprehenderet,  
& damnarent qui potiss. iuuabantur. in  
hoc numerò præcipui sunt, Miltiades,  
Themistocles, Scipio, sed imprimis duo,  
Epaminundas Thebanus, & Q. Fabius  
Maximus Romæ, qui quum Annibas  
Iem cerneret non vi, sed mora posse fran-  
gi, cunctādo bellū trahebat, id solum ad  
victoriā salutare intelligens, hoc eius fa-  
ctum multi

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

ctum multi ociosi , aut callide pugnaces homines ita criminati sunt, tanq; vel partione cum Annibale id ageret, vel ambitione, vt diutius esset in imperio & summo Magistratu vel ignavia & metu, vt tentarint imperium Fabio abrogare, certe illi dictatori Minutius Magister eq; tum iussu populi equatus est, quod nunquam fando fuerat auditum. Senex inuitus a calumnia & stultitia suorum psti-  
tit in incœpto, & salutem populo suo at-  
tulit: quē Annibal indubie cepisset, nisi artes obstitissent Q. Fabij. Euentus de-  
clarauit, quanto vir ille esset animo, qua  
prudentia , quo amore in patriam & ci-  
ties, vt confessioe omnium celebrati sint  
illi de eo versiculi, vetusti quidem & ru-  
des, sed magnifici cum primis elogij, &  
præstantissimi.

*Eupias.* Vnus hō nobis cunctādo restituīt rem.  
Nam non ponebat rumores ante salutē.  
Ergo magisq;magisq;viri nūc ḡla claret  
Hoc & aliij eiusdem mētis, nullo Dei  
respectu faciebant . quippe quibus non  
erat Christianus sol exortus , tātum vel  
educationem, vel famā, vel decus suæ ci-  
uitatis sequebātur. Nos quāto ampliora  
& præstan-

& præstātiora decet aggredi , vnum intuitos Christum ; humanis viribus neglectis , atq; adeo contemptis & spretis , quibus clarissimus ille sol illuxit , qui illius doctrina sumus edocti , quibus cōmendata & iussa Charitas , tanto supplicio si o- miserimus proposito , aut præmio si erimus executi , hoc futura mercede ampliore , quo maiores molestias in Dei gratiam subierimus . Nō ergo approbandū modo cōsiliū hoc sed capessendum , exequendum . neq; enim satis est bene velle , nisi etiā manus operi admoureas , quū se præbēt occasio . Humanis impedimentis nō decet eos detineri , quos diuina imperia stimulat , & vrgent : præsertim quū hæc sequātur & publice & priuatim utilitates humanæ ac diuīnæ .

C O M M O D A S I H A E C F I  
A N T H V M A N A E T  
D I V I N A .

Decus cuitatus.

**D**ecus ciuitatis ingens , in qua nemo visetur mendicus . Nam ista mendicorum frequentia arguit , & in priuatis maliciam ac inhumanitatem ,

I tem,

L I B . II . D E S V E N T I O N E

tem, & in Magistratibus negligentiam, boni publici, furta, flagitia, latrocinia, cædes, capitalia scelera designabuntur pauciora, rariora lenocinia & beneficia. quoniam quidem mitigabitur inopia, quæ primū ad vitia & turpes mores, tum ad hæc sollicitat ac impellit.

Quies

Quies maior, vbi erit oibus pspectū, Cōcordia ingēs, quū dītiori nō iuidebit pauperior, qn diligit potius ceu bñfactorem, nec dītior tenuiore auersabitur, vt suspectum, imo diligit tanq̄ sedem beneficij sui, & debitæ gratiæ. natura enim sic fert, vt eos amore prosequamur, quos & beneficio: ita gratia gratiam parit.

Salubri-  
tas.

Tutius & salubrīus, & iucundius erit in tēplis atq̄ adeo ī tota ciuitate versari, nō pallīm ingesta oculis ulcerū & morborū illa foeditate, quā natura exhorret, animus etiam maxime humanus ac misericors.

Dare.

Nec tenuiores cogent p iportunitatē dare. & si qs volet dare nec multitudine mendicorum deterrebitur, nec metu ne indigno.

Lucrum  
ciuitatis.

Maximum ciuitatis lucrum, tot ciuibus factis modestioribus, ciuilioribus, cōmodiori

modioribus patriæ, quicq; eam habebunt  
chariorē, in qua vel ex qua sustentātur.  
nec rebus nouis aut seditiōibus studebūt

Tot mulieribus ab impudicitia reuo-  
catis, tot puellis a periculo, tot vetulis a  
maleficio.

Pudici-  
tia mulie-

Pueri & puellæ literas, religionē, fru-  
galitatē, & vitæ artes docebūt, q; pro-  
be ac honeste ac pie vita traducit. oēs  
deniq; recipiēt mentē, sensum, pietatem.  
versabun̄t inter homines educate, ciuili-  
ter, humano more. puras continebūt ma-  
nus a flagitijs. recordabūt deī vere ac  
bona fide. erūt homines, erunt quod no-  
minantur, Christiani. queso quid aliud  
est multa hominum millia reddidisse si-  
bijs, & acquisiuiisse Christo?

Iā diuina illa cōmoda: Qd' multorū aī  
religiōe liberabun̄t, q; quū videāt debere  
se officijs miseratiōis defūgi, nō tñ q; ius-  
si sunt preſtāt: alias indignitate petentiū  
auersi, alias ob multitudinē volūtate im-  
pedita ac velut sententijs in diuersū tra-  
cta, quo primū vel potissimū opē ferant,  
quū ita multos videant egestate premi,  
vt ceu desperatiōe quadā nemini succur-  
rant, qñquidē intelligūt parū admodum

<sup>39</sup> Religio.

I 2 quicqd

L I B . II . D E S V B V E N T I O N E

quicquid dederint profuturum , tanq; si  
magno incendio vnā aut alteram aquae  
guttulam aspergas. Ergo quibus facul-  
tates aderunt, libentius atq; ideo copio-  
sissus largientur, lati, q; rebus tam rite san-  
cteis constitutis , bono sint loco benefi-  
cium posituri, vt simul homines iuuent,  
simul capeant Christi iussa, magnamq;  
proinde apud illum gratiam ineat. Nec  
dubium , quin ex alijs quoque ciuitati-  
bus , quae non similem in modū res pau-  
perum suae curae fecerint, opulentī com-  
plures pecunias huc mittent , vbi scient  
solere optime dispensari , illisq; , qui plu-  
rimum egeat, subueniri. His adde, quod  
tam misericordem populū dominus pe-  
culiariter tuebitur , ac vere beatum fa-  
ciet . Audite quis populus merito possit  
beatus dīci nō cuiusvis hominis, sed pro-  
<sup>Populus  
beatus.</sup> Psal. 143 prophetæ testimonio: Erue me de manu fi-  
liorum alienorum quorum os locutum  
est vanitatem & dextera eorum dexte-  
ra iniustitiae: quorum filij sicut nouelle  
plantationes in iuuentute sua . filiae eo-  
rum compositæ círcum ornatae, vt simi-  
litudo templi . promptuaria eorum ple-  
na, eructantia ex hoc in illud . Oues eo-  
rum fœ

rum foetusæ abundantes in gressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriaz, neq; transitus, neque clamor in plateis eorum. beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Beatus populus cuius dominus deus eius. Nec temporalia derunt cōmoda, exemplo vīduæ, quę He liæ cibum præbuit. Idem Psalmista de ciuitate in quā dominus inhabitat, canit: *Vīduæ eius benedicam: pau peres eius saturabo panibus.* & alio loco ad eandem ciuitatem: *Posuit fines tuos pacem,* & adipe frumenti satiat te. psal.13; psal.147

Verum omnia superat incrementum mutui amoris, quod fiet communicādīs vltro & citro beneficijs candide ac simpli citer sine suspicione indignitatis: & hinc præmium illud cœleste, quod paratum esse ostendimus eleemosynis, quæ ex Charitate proficiscuntur.

De subuentione pauperum, seu de humanis necessitatibus, **F I N I S.**

JOSEPHO BANSTIO III.  
IOANNE TEMISCIO III.  
COSS.

FRATER IOANNES MOYAR-  
DVS CARTVSIVS LECTO  
RI SALVTEM.

**E**Ruditis scio nihil opusesse scholijs.  
horum quilibet sibi dictum putet,  
quod Plinius T. Vespasiano. quum  
hanc operam condiceret, non eras in hoc  
albo. maiorem te scio, quam ut descensu  
rum huc putem. humili vulgo ac Roma  
næ castimoniae cæditatís hic labor exigit:  
qui difficiliores huius libelli locos, histo  
rias, abstrusiora quædam, ac non passim  
cuius oburia, quo auctiore cum fructu  
tam fructuosum opus legatur tribus, ut  
aiunt, verbis explicuit, Vale.

**ANNOTA**  
TIVNCVLAE EIVSDEM  
MOYARDI IN LIBELLVM  
DE SVBVENTIONE  
PAUPERV M,  
IOANNIS LODOVICI  
V I V I S.

**C**ontra arcem tam imbecillam, quā  
acinus vuæ hærens gutturi stran-  
gulet.) Plinius Natura.histo. libro  
septimo capitulo septimo refert Ana-  
creontem Poetā acino vuæ passæ stran-  
gulatum. Et Fabium Senatorem præto-  
rem in lactis haustu vno pilo, pluresque  
incertis cauissimis subito absumptis cōme-  
morat in eodem libro. At horum exem-  
plorum plenus est orbis.

Græciq; corpus hoc nostrum soma  
nominarint, quasi sema.) Allusio est ad  
Græcam prosonomiā, perinde ac dicat,  
paulum soma differt a sema, ita corpus a  
sepulchro animæ.

Furiosus ille iuuenis macedo.) Ale-  
xander Macedo quum audisset Philoso-

I 4 phos

A N N O T A T I V N C V L E

phos quosdam asserere multos esse mun  
dos, ingemuit, dole<sup>s</sup> se vnum tantum  
acquisisse, de quo Iuuenal<sup>s</sup>: Vnus Pel-  
læo iuueni non sufficit orbis.

Idem Alexander filius Iouis voluit  
haberi, & deus dici atq<sup>s</sup> adorari.

Numus excogitatus est publica for-  
ma tanq<sup>s</sup> tessera.) Tessera symbolū est,  
ac, vt rudiore dicam minerua, signū ex  
quauiscunq<sup>s</sup> materia factum, siue ex au-  
ro, siue argento, vel ære plumboue aut li-  
gno, quod omnibus eo vtētibus æquum  
& par est:vti modo sunt plūba, quorum  
fide egeni visceratiōes, quas vulgo pro-  
uas vocant, accipiunt.

4 Terentius Culeo Senator.) T. Liuius  
tertia Decadis lib. io. circa finē : Dīmis-  
si, inquit, ab Romanis Carthaginēsum  
legati, quū in Africam venissent ad Sci-  
pionem, quibus ante dictum est legibus  
pacem fecerūt: naues longas, elephātos,  
perfugas, fugitiuos, captiuorū quatuor  
millia tradiderunt: inter quos Quintus  
Terentius Culeo Senator fuit. ac post  
pauca, sequutus, inquit, Scipionē trium-  
phantē est capitī pileo imposito, omniq<sup>s</sup>  
deinde vita, vt dignū erat, libertatis au-  
torem

I N E V N D E M L I B E L L U M.

torem coluit. Idem Decadis 4.lib.8. Tra-  
dunt Q. Terentiū Culeonē Scipionem  
mortuū elatumq; coluisse, & pileatū si-  
cūt in triūpho ierat, in funere ante lectū  
isse. hæc ille. Pileus libertatis erat idiciū.  
vnde & Amphitronis Sosia apud Plau-  
tum: Quin & ego hodie raso capite ca-  
piam pileum. frequens est apud bonos  
autores seruos ad pileum vocare, id est  
ad libertatem.

Olim honoratissimum erat captiuos  
de suo redimere, etiam apud gētes, quod  
(Cicero in Officijs testatur.) Locus est li-  
bro Off.2. Non vno, inquit, modo in di-  
sparibus caussis affecti esse debemus. alia  
caussa est eius, qui calamitate premi-  
tur, & eius qui res meliores quærit nul-  
lis suis rebus aduersis. & subdit: hæc be-  
nignitas rei publicæ utilis, redimi e ser-  
uitute captos.

Reseruauitq; illi locum, quem prius  
destinarat, sed duriore iam conditione  
assequendum.) Diuus Augustinus 13.de  
ciuitate dei capite primo: Deus, inquit,  
homines fecit, vt perfunctos obedientiæ  
munere sine interuentu mortis angelicæ  
immortalitas & beata æternitas se-

I s queretur

A N N O T A T I V N C V L A

queretur. vbi hic noster Viues annotas uit quod statutum vnicuique viuendi super terram fuisse tempus, quo absolu to gustoque ligno vita confirmata fuisset natura translatosque in coelum immortalitas cōsequuta. vide autorem sententiarum libro secundo. hæc ille. Eundem itaque locum Domini Iesu crux reseruauit, sed conditione duriore. ea est imitatio sacratissimæ vitæ Charitatis ac mortis eius.

Siue vnius voluntate regatur omnia, quæ dicitur monarchia.) hæc voces Graecæ sunt. monarchia a monos, quod est unus, & archos principatus, quasi vnius principatus. Oligarchia ab oligos, quod paucus sonat, quasi paucorum principatus. Democratia a demos, quod est populus, quasi populi principatus: non equidem plebis, quum populus & plebs dif ferant, vt genus a specie. siquidem appellatione populi plebs vna cum Senatoribus & Magistratibus comprehenditur. plebis vero vulgus solū exclusis Senatoribus & Magistratibus: vt docet Iustinianus Insti.de Jur.natur.gen.& ciui. paragr. Plebiscitum.

Conse

I N E V N D E M L I B E L L U M .

Consequuntaq; sunt illos grādīa prāmia, vt immortalitate censerent digni.) Plinius natur. hist. libro secundo, cap. 7. Vetustissimus, inquit, referendī benemērentib; gratiam mos est, vt tales numi-  
nibus adscribāt. quippe & omnia nomi-  
na deorum ex hominū relata sunt meri-  
tis. hinc Saturni, Cereris, Bachi, ac, vt pe-  
culiarius quid gentilib; meis dixerim,  
Osiris Ceruīsiæ inuētoris deificationes,  
vt vocant, natæ sunt.

Beneficium dādo accepit, digno qui  
dedit.) Versus est prudentis illius Publij  
Syri Mīmographi.

Quē delectet vel gignere liberos vel  
tollere?) Tollere ambigua vox est, hoc  
loco signat educare. ita Mīsis in Andria  
Terentij: Hic Pāphilus firmauit fidem,  
nam quod peperisset Glyceriū, iussit tol-  
li, id est educari.

Et ex ijs esset, vt inquit Seneca, quæ  
ad vindicem deum remittuntur.) Locus  
est in tertio de beneficj vbi ita scribit:  
Excepta Macedonum gente, non est  
in ullam data aduersus ingratum actio,  
magnumq; hoc argumentum dandum  
non fuisse, quia aduersus maleficium  
omne

ANNOTATIVNCVLÆ

omne consensimus & homicidij, veneficij, parricidij, violatarum religionum: aliubi atque aliubi diuersa poena est, sed ubiqꝫ aliqua. hoc frequentissimum crimén nusquam punitur, ubiqꝫ improbatur. neque absoluimus illud, sed quum difficilis esset incerta rei aestimatio, tantum odio damnauiimus & inter ea reliquimus, quę advindices deos mittimus.

10 Quam stuferum diuites.) stuferus nostratis patardum seu solidum Gallum valet. viginti florēnum Renensem faciunt. puto a Budæo in aſſe festeratum masculino genere vocari. ita Cætolum Gallicum nominat qui hodie apud nostrates cum stufero æquatus fere est precio.

11 Ut non sine grauissimo consilio videantur Romani submouisse egenos.) Hoc apud Liuium lib. primo & Valeantium maximum libro secundo, extreme pauperes nec regebant Republic. nec militabāt, quod illis nimia paupertas esset suspecta.

12 Alij arces construūt aut Pyramides.) Pyramides structuræ sunt e saxis aut lateribus ab imo amplæ in summo acutæ atqꝫ in

**I N E V N D E M L I B E L L V M.**

atq; in altam molam euectæ , ad nihil q; effundendas opes inuentæ .

Imo vero minutum detrahitur pauperi, si habeat, & spoliatur nudus.) Minutum minima pecunia portio est. puto vulgo iotam vocari octauam & quadragesimam particulam stuferi. verū quod subdit, & spoliatur nudus, venusta verborum pugna est. veluti: festina lēte, infelix felicitas &c. Adagio fertur, ne a centum quidem fortibus vnum nudum posse spoliari. in Job legimus. nudū spoliasti vestibus, quod sane fit, si quando cuiusq; exiguum illud, quod ei necessarium est, adimitur.

Nolo Apostolorum peregrinationes percensere.) Paulus 2. ad Corin. 11. fuit, sicuti ait, in itineribus saepe, ad Romanos 15. ab Hierosolyma ad Illiricum usq; prædicarat Euangelium Christi. in epistola ad Gala, meminit profecitionis ab Damasco in Hierusalem ultro citroq;. verum quid in actis Apostolorum, nonne sunt omnia eorum peregrinationibus res fertissima?

Ponticis muribus amiciris.) pontici mures illi sunt, quos vulgo martios dicimus, horū

13

14

A N N O T A T I V N C V L A E

cimus.horū meminīt Plinius natur.hist.  
libro 8.ca.37.Porro q̄ stultū est pluris pō  
tici murispellē q̄ agnī facere:verū apud  
istos peregrinarum rerū admiratores vel  
præcipua preciū pars est, de longinquo  
venisse.

Nihil opus est vetera exēpla recēdere,  
quæ sunt in scriotoribus gentiū innume-  
ra.) Sūt aliquot apud Senecā in 4. de bñ  
fi.Ciceronē,inqt,filiū quæ res cōsulē fe-  
cit,nisi pater? Atq; e regiōe filiorū splen-  
dor p̄es alioq; obscuros claros fecit.nāvt  
in tertio de bñfi.idē Seneca scribit:Quis  
Aristonem & Grillum nisi ppter Xeno-  
phantē & Platonē filios nosset? Sophro-  
niscum Socrates expirare non patitur.

15 Quid Achilli prodest Ilias Homeri  
tā cantata:qd Vlyssi Odyssea:) Nullius  
opa in tāta celebritate & laude fuisse a-  
pud veteres q̄ Homerī: ita vt maxima  
rediret fama ad eos , quos in suis opibus  
vel semel nominasset. duo Homeri sunt  
poemata p̄cipua,Ilias & Odyssea:in hac  
Vlyssis describit errores,in illa vero bel-  
lū Troianū ac potissimū Achillis gesta,

Quid Alexādro tot per oriētem Ale-  
xāriæ:) Alexāder Macedo cuius antea  
mentionem

IN E V N D E M L I B E L L U M .

mentionem fecimus, plurimas condidit  
vrbes per eam regionem Asiae, quā sub-  
egit. Niceam, Bucephalim ab equi sui  
noīe. plurimas tamē immortalitatis no-  
minis sui studiosus vocauit Alexandri-  
as, quarū nominatissima est illa Aegy-  
pti ad vnum hostiorum Nili fluuij. Ex  
Quinto Curtio.

Quid comitibus Flādrię auratę statuę  
pro Burgo posite?) Burgus vocabulū est  
Germanicū, quo nūc significat arx. Bru-  
gis vero burgus locus est i meditullio ci-  
uitatis ubi curia Senatorū, & ibi statuę  
auratę & variegatę comitū Flandriæ a  
Balduino ad Philip. Caroli huius parrē.

16

Deus est, inqt Plinius, mortali iuuare  
mortale.) locus est lib.natur.hist.2.ca.7.  
Deus est mortali iuuare mortale. & hæc  
ad æternam gloriam via. Quod & alijs  
verbis noster Apostolus ad Gala.6. Al-  
ter,inquit , alterius onera portate, & sic  
adimplebitis legem Christi.

Tanq̄ legitimus filius nothū,) nothus  
per aspirationem idem est quod adulteri-  
nus, acvt iuris cōsulti vocant, illegimus.

17

Qui tertio ab hinc āno in Bethica ex-  
tincti sint fame.) Bethica est pars Hispa-  
niæ a

ANNOTATIVNCVLE

niæ a Bethi amne , quæ nunc Andaluzia dicitur . vt a Viue ipso accepit : vbi fuit atrox fames anno 1522 . qua multi periere .

Ad Architam Pythagoricum Plato scribit : Nō nobis solis nati sumus . ) recitat & a Cicerone primo Officiorū , vbi & subdit ; Placet Stoicis , quæ in terris lignuntur ad vsum hominū omnia creari . homines autem hominum caussa esse generatos .

18 Homo sum , humani nihil a mē alienum puto . ) vt inām omnes ita cū Chremete sentiremus , cuius hæc vox est ad Menedemum in Heautonti . Terentij .

Loth ab incēdio & ruīna quīnq; vrbium exemptus est . harum Hiero . meminit Osee cap . II .

19 Iuxta prīsum verbū , quod a Pythagora & Pythagoricis profectū . ) Aulus Gellius noctiū atticarum libro primo capitulo nono testatur Pythagoram nō solum huius sententiæ parentum fuisse , verum & huiusmodi vitæ communione induxisse . Nam quicunq; ab illo in disciplinarum contubernium admis- sus esset , debebat & facultates communes facere .

IN E V N D E M L I B E L L V M.

nes facere. Auspicatus est etiam Eras-  
mus labentis iam literaturæ perpetuus  
vindex hoc Adagio suas Chiliades.

Ex mammona iniquo amicos quæ-  
rere.) Māmona vox Syra est autore Hie-  
ronymo, quæ apud eos idem sonat, quod  
apud Græcos Plutos, quod Latinis diui-  
tias sonat. Augu. Matthæi sexto in ho-  
milia dicit Hebræis sonare diuitias. nā  
& Punica lingua, quæ Hebræis vicina  
est mammon lucrum sonare asserit. Ex  
iniquo mammona amicos quærere nil  
aliud est, quam ex re mala sanctos pau-  
peres sibi conciliare.

Aut templum ornent specularibus.)  
Specularia sunt fenestræ vitreæ, quæ lu-  
men admittunt.

Quod amens ille amator in comœ-  
dia seruo mandat.) vox est Phedriæ in  
Eunicho Terentij: Munus, inquit, no-  
strum ornato verbis quo ad poteris.

A N N O T A T I O N V M.

L I B R I P R I M I  
F I N I S.

K

A N N O T A T I V N C V L A E  
I N L I B R V M S E=  
C V N D V M .

23 **N**on aliā cauſsam afferebant Gracchi, non aliam Lu. Catilina ciuilis discordiæ). Velleius Paterculus hiſtoriae Romanæ lib. 2. & Titus Liuius libro 58. Gracchorum abunde memineſt: quorum ſcripta quantum ad huius notæ declarationem pertinet breuiffime pſtringemus. Gracchi fuere duo: Maior Tiberius, Minor dictus eſt Gaius. Ti-berij Gracchi clarissimi & eminētissimi viri filij Publij Scipionis ex filia nepo-tes. haec vocata eſt Cornelia prudentiſſi-ma & caſtiſſima foemina. Hi Gracchi, p-tuenda & promulganda lege Agraria, quæ ut ait lib. 2. Liuius, nunquā ſine ma-ximo Reipub. tumultu mota eſt. ſūma imis miſcuere, eosque lex iſpa in exi-tium adegit: vterquæ enim occiſus eſt: alter a Nasica Scipione, alter a L. Opimio Consule.

Lucius vero Catilina, quem Plutar-chus in Politicis vocat morbus ac vomi-cam

IN E V N D E M L I B E L L U M.

cam Reipu .ad Catulum scribens, non dissimilem caussam a Gracchis suę prætexit vesaniæ. Ita enim refert Salustius: Satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui . ac subdit post pauca , publicam miserorū caussam pro mea consuetudine suscepi.

Iam inde a.12. tabulis vetitum.) Hic noster Viues quem libentissime citamus , in scholijs suis quibus diuinum illud Augustini opus de ciuitate dei illustrissimum simul & lectu facile ac iocundum reddidit: libro.2. capite. 16. ita scribit : Anno trecentesimo ab urbe Roma condita , post multas inter partes & plebem dissentiones tres legati missi sunt in Græciam,iussi leges Solonis describere , & mores ac instituta reliquæ Græciæ cognoscere, ut cōponi status ciuitatis Romanæ exemplo Græcorum posset . gnauiter negocium est a legatis transactum & proximo anno redierūt: creatique sunt decem viri legum ferdarum , qui primum decem tabulas iuris ciuilis Romanī scriperunt , deinde addiderunt duas.approbatæque sunt

K 2      omnes

A N N O T A T I V N C V L E

omnes comitijs centuriatis (hoc est, vt  
rudius ipse dicam, totius populi suffra-  
gijs) atque hæ sunt nobilissimæ leges 12.  
tabularum. sic ille.

Quibus nihil magis imperatum est,  
(q̄ Charitas , ac nescio an solū.) Reuera  
sola Charitas præceptorū dei summā im-  
plēt, in dilectione totius legis cardo ver-  
titur. Dilectio, inquit Paulus, malum nō  
operatur . & idem in dilectione inquit:  
Tota lex pendet & prophetæ . Christus  
nihil aliud exemplo monstrauit, nihil a-  
liud exegit: In hoc, inquit, cognoscent o-  
mnes quod discipuli mei estis, si dilectio  
nem habueritis adiuicē . Et: Mandatū  
nouum do vobis, vt diligatis inuicem.

25 Ne illa colluuiies ingrediatur senacu-  
lum,) Senaculum pro loco vbi senatus  
conuenit, posuit,

26 Petantur ab eis cognitores,) ante hūc  
locum legite, vt oculis senatus parcatur,  
non pareatur. Id admonui, nam hoc mē-  
dium sensum mutaret. Porro cognitores  
sunt, qui ita aliquem noscunt, vt & alijs  
possint notum facere, omnemq; illius vi-  
tam , mores & originem veluti pingere  
in tabella.

IN E V N D E M L I B E L L U M.

in tabella. Hac voce in ludo de morte  
Claudi⁹ Seneca Claudium loquentem  
facit ad Herculē: Ego te fortissime deo-  
rum Hercules sperauī mihi affuturum  
apud alios. & si quis a me notiorem pe-  
tisset, te eram nominaturus, qui me opti-  
me nosti.

Haurire aquam, baiulare, monotro-  
chon trahere.) monotrochon Gr̄eca vox  
est; a monos, quod est vnius, & trochos ro-  
ta, hoc est, vnius rotæ currus: qualibus  
vtimur ad res per urbem conuehendas:  
paruus currus vulgo dicitur:

Viatorem esse.) Viatores sunt qui ad  
Magistratum homines citant: hos vul-  
go ciuitatis nuncios dicimus. Liuius de-  
ca. primæ libro secūdō: Tribunis, inquit,  
plebis misit viatorem ad consulem, ille  
ad tribunū lictorem. Frequens est apud  
bonos autores, significat etiam eum, qui  
aliquo iter metitur, ita in sequentibus  
vſus est Viues ipse: In eadem domo, in-  
quiens, detur prandium, aut cœna viato-  
ribus sanis. Apparere Magistratui est  
præsto illi esse, si quid iubeat. Equos age-  
re perpetuarios, hoc est, non interrupta-

K 3 vectatio

ANNOTATIVNCVLA

vectatione onera gestates aut vectores.  
vtitur non dispari voce Seneca in eo quem  
ante citauimus ludo de morte Claudi:  
Tu autem, inquit, qui plura loca calca-  
sti, quam ullus mulio perpetuarius.

28 Lanificium Armenterij excent.)  
Armenterium oppidum est Flandriæ  
frequens textoribus pannorum (ad gy-  
randum quasdam rotulas) sic enim le-  
gitur in codice ab ipso Viue correcto.  
Rotulae illæ sunt unde serica fila ad glo-  
bum voluuntur, ut commodius tendan-  
tur in stamine.

29 Tanquam fuci fruentes alienis su-  
doribus.) Plinius natur.hist.libro vnde-  
cimo capitulo item II. Fuci, inquit, sunt  
sine aculeo, velut imperfectæ apes. Serot-  
inus foetus & quasi seruitia verarum as-  
pum. hos pestilentes apibus dicit, quod  
nihil operates, absunt aliarum apum  
industriam. hinc a Viuete sumpta me-  
taphora.

30 Velut gentilicio.) Gentilicia sunt res  
gentis, hoc est, familiæ, qualia sunt sacer-  
dotia gentilicia, quæ vulgo beneficia de  
iure potronatus vocantur.

Erat

I N E V N D E M L I B E L L U M .

Erat hoc olím censoria dignitate a-  
Pud Romanos , & Areopagitica apud  
Atheniēses prouisum.) Censores, vt in-  
quit Varro quarto de lingua Latina,  
ad quorum censionem , hoc est , arbi-  
erāt trium censeretur populus. Areopag-  
itæ vero iudices erant Athenis in  
 pago & vico Martis . Nam , vt inquit  
diuus Augustinus De ciuitate dei libro  
decimo octavo , capitulo decimo , Areo-  
pagus putatur nomen accepisse , quod  
Mars , qui Græcis ares dicitur , quum  
bomicidij caussam diceret iudicanti-  
bus duodecim dñs in illo Pago , senten-  
tijs sex deo absolutus est , & sex damna-  
tus . verum in paribus suffragijs absolu-  
tio damnationi prælata est . locus hinc di-  
ctus Areopagus , quasi Martis pagus  
inde Areopagitæ , qui præerant etiam  
moribus ciuitatris , vt declarat Isocrates  
in Areopagитico.

Nihil em̄ eo tempore non credebatur  
Episcopis . Quā rem Ioannes Chrysosto-  
mus quodā ī loco refert .) et si fortassis Vi-  
ues de alio loquit̄ loco , satis tamen istud  
potest intelligi ex verbis Chrysostomi  
K 4 in epist.

A N N O T A T I V N C V L E

in epist. priore ad Timoth. homi. 14. Nam  
loquens de lotione pedum pauperum:  
Noli, inquit, praesuli prouinciae ista tri-  
buere partienda: quasi intelligat omnia  
solere tribui pertieda Episcopis: ac sub-  
dit: ipsa potius ministra: loquitur enim  
sanctæ viduæ, ne solius impendij, verum  
obsequij percipias præmiū: proprijs er-  
go manibus tu sulcum sere pietatis.

” Iam Hieronymus conqueritur præ-  
sides prouinciarum.) Ita scribit ad Ne-  
potianum de vita clericorum: Turpe est  
ante fores Sacerdotis Christi crucifixi  
& pauperis, & qui cibo quoq; vesceba-  
tur alieno, iactores, consulem, & milites  
excubare, iudicemq; prouinciae melius  
apud te prandere, quam in palatio:

Et in funere visceratio. Visceratio di-  
stributio est carniū, dicamus etiam ouo-  
rum, halecum, butyri, & similiū rerum.

” Tum ciuitas ipsa detrahatur aliquid pu-  
blicis sumptibus, velut solennibus epu-  
lis, xenijs, lautijs, congiarijs.) Solennes  
epulæ sunt illæ anniversariæ, quæ solent  
a Magistratibus publico nomine exhibi-  
beri. Xenia sunt munera, quæ hospiti-  
bus

IN E V N D E M L I B E L L U M.

bus mittuntur; a xenos Græca dictione,  
Latini hospes dicta. Quæ vero legatis  
exterarū gentiū, lautia; quæ subditis aut  
amicis donantur, congiaria dicuntur.

Tum Arcesilaum, qui puluino dor-  
mientis amici & pauperis.) Seneca lib.  
de benefi. 2. Arcesilaus, inq[ue], amico pau-  
peri, & paupertatem suam dissimulanti,  
ægro autem, & ne hoc quidem confiten-  
ti, deesse sibi in sumptum ad necessarios  
vſus, quum clam succurrēdum iudicas-  
set, puluino eius ignorantि sacculū subie-  
cit, vt homo inutiliter verecūdus, quod  
desiderabat, inueniret potius quam acci-  
peret. hæc Seneca.

Sicut Terentius dicit, imperiti; Qui  
nihil nisi quod ipse faciat, recte factū iu-  
dicet.) Vox est Mitiōis in Adelphis ca-  
stigantis Demeā fratrīs immodicam se-  
ueritatem: Homine, inquit, imperito nū  
quam quicquam iniustius, qui nisi quod  
ipse fecit, nihil rectum putat.

Sed camarinam hanc nō attingam.)  
Adagium est natum a Palude iuxta vr-  
bem eiusdē nominis in Sicilia sita: quæ  
quum olim pestilentiam fœtore excitas-

K 5 set, con

A N N O T A T I V N C V L A E

set, consultus Apollo, an præstaret exsic  
cari, iussit non moueri Camarinam. At  
illi exsiccauerunt, non obtemperantes  
oraculo: & per eam cessata quidem pe-  
stilentia hostes intrarunt. hinc natū ada-  
gium: Mouere Camarinam est malum  
sibi accersere, vel cœnum cōtingere ad-  
modum fœtidum.

In hoc numero præcipui sūt, Miltia-  
des, Themistocles, Scipio: sed imprimis  
duo Epaminundas Thebanus, & Q. Fa-  
bius Maximus. Miltiades quū pro par-  
ta viñoria coronam in Senatu peteret,  
obstítit Sothares, & palam exclamauit:  
O Miltiades quū solus viceris, solus co-  
ronaberis. passus est quoq; se accusari &  
damnari Valerius Maximus. Themis-  
tocles vero postq; nauali pugna Xerxē  
vicit, & patriam atq; vniuersam Græ-  
ciam a Barbarorum imperio liberauit,  
inuidiæ cessit, & decennali exilio mul-  
ctatus est. Athenienses nihil causæ præ-  
texuerunt, q; ne gloria fieret elatior. Sci-  
pio, vt inquit Li. ingratæ patriæ cessit,  
ex ea facessens, quam totius Africæ do-  
minam fecerat, nihil e tantis victorijs &  
hostium

I N E V N D E M L I B E L L U M.

hostiū spolijs, quam Africani agnomen  
secum referens . Epaminundas , vt scri-  
bit Aemilius Probus, iniurias quæ sibi a  
suis ciuibus fierēt, noluīt vlcisci , metuēs  
ne dum inimicos ciues persequitur , pa-  
triām lāderet : nam quid aliud est ciuī-  
tas, quam ciues, & Respublica, vt inquit  
**ex Varrone** diuus Augustinus , quam  
res populi?

39

Quod multorum animi liberabun-  
tur religione.) Religio est quasi percus-  
sio quædam, vt ita dicam, cōscientiæ. re-  
ligione liberari , est conscientiam depo-  
nere . tam frequēs est apud bonos auto-  
res, vt abs re putemus quempiam in hāc  
rem citare.

A N N O T A T I O N V M  
F I N I S.

I N D E X C A P I T U M  
L I B R I P R I M I.

- Origo humanæ necessitatis ac miseriæ.  
Necessitates hominum.  
Quæ sit beneficiendi ratio.  
Quam secundum naturam benefacere.  
Quibus de cauissimis quidam a benefacien-  
do deterrentur.  
Quomodo in opibus agendum.  
Quibus vitijs impedianter a benefac-  
iendo iij, qui possunt.  
Nullas cauissimas debere impedire nos a  
benefaciendo.  
Quæ vnicuique a deo dantur, non propter  
ipsum dari solum.  
Non constare pietatem & Christianis-  
mum sine beneficentia mutua.  
Quantum, & quomodo cuique benefac-  
iendum.

INDEX CAPITVM LIBRI  
SECUNDI.

Quantopere conueniat rectori ciuitatis  
curare pauperes.

Collectio pauperum & professio.

Qua ratione eis omnibus prospiciatur  
victus.

Cura puerorum.

Censores, & censura.

De pecunia, quæ his sumptibus sufficiat.

De ijs, qui vel subita aliqua, vel occulta  
necessitate vrgentur.

De ijs, qui nouas has constitutiones im-  
probabunt.

Nihil debere obsistere quo minus hæc  
quæ diximus fiant.

Commoda, si hæc fiant, humana & di-  
uina.

F I N I S.

